





2
6
503










XXXVIII

ANON. V. NIL.

int. CARYOPH.

S. L.



ΒΙΟΣ
ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ
ΝΕΙΛΟΥ
ΤΟΥ ΝΕΟΥ

ΕΚΔΟΘΕΙΣ ΠΑΛΑΙ ΥΠΟ ΜΑΘΗΤΟΥ
καὶ συνασκητοῦ τοῦ παρόντος ξυγγραφέως.

VITA S. PATRIS NILI
IVNIORIS

Scripta olim Græcè à contubernali eius Discipulo.

Nunc Latinitate donata.

Interprete Io. MATTHAEO CARYOPHILO
Archiepiscopo Iconiensi.





ROMAE, Apud Hæredem Bartholomæi Zannetti. 1624.

SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Magistro Sacri Palatij Apostolici.

A. Episcop. Hieracen. Vicesg.

Imprimatur,

Fr. Vincentius Martinellus Magister, & Socius Reuerendiss. P. F. Nicolai Rodulfii Ordinis Prædicatorum, Sacri Apostolici Palatij Magistri.

Ἄλλων ξουθαὶ μέλισσαι ἄκροις ἐπὶ χείλεσι πῆξαν
Κηρία, σοὶ μέσσῃ πῆξαν ἐνὶ κραδίῃ.
Καὶ μελίφρυτον ἔχεις ἔνδοθι νόον, ἤθεα, μύθους,
ἠδὲ ἀποστολικῆς κόσμον ἀνακτορίης.
Οὐρβανὲ στεφάνοισι τρισὶν, τρισσαῖς τε μελίσσαις
ἄκρον ποιμενικῆς, ἄκρον ἔχων σοφίης.

Mella quibus finxit, summis impreßa labellis
Illa dedit; tibi cor melle liniuit Apis.
Hinc mellita tibi mens est, facundia, mores;
Et mel maiestas fundit Apostolica.
Stemmate cum triplici Rex sis Vrbane sacrorum,
Summam & tres sophiam testificentur Apes.

ΤΩι ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΩι ΠΑΤΡΙ

ΟΥΡΒΑΝΩι

ΤΩι ΟΓΔΟΩι

ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ

ἄκρῳ ἀρχιερεῖ.





Εἶος ἀνὴρ προσεισι τοῖς πανιέροις σου ποσὶ πάτερ μακαριώτατε, τὸ γένος ἕλλην, ἰταλιώτης ἀνέκαθεν, μοναχὸς τὸ κατὰ Θεὸν ἐπάγγελμα, καὶ μοναχῶν ἀρχηγέτης, Νεῖλος ὁ μέγας καὶ περιβόητος. προσεισιν ἕλλην τῷ φιλέλληνι, ἰταλιώτης τῷ οἰκουμενικῷ ἀρχιποίμενι, μοναχὸς τῷ προστάντι τοῦ κατ' αὐτὸν μοναχικοῦ τάγματος, τῷ ἐκδίκῳ τῆς ἑλλάδος ὁ τὴν ἀσκητικὴν φιλοσοφίαν ἐκπαιδεύσας τοὺς ὁμοφύλους. Καὶ πάλαι μὲν ὁ θεσπέσιος [illegible]ς, ἅτε φιλέρημος καὶ ἀπέριττος, τήν τε ἄκραν [illegible]ημοσύνην ἐκθύμως σπουδάζων, τὰς βασιλείους ἔφευγεν αὐλὰς, καὶ τὰς πολιτικὰς ἀπεστρέφετο προπομπάς τε καὶ δεξιώσεις, καίτοι ἐκλιπαροῦντας ἔχων καὶ αὐτοὺς τοὺς Ρώμης ἀρχιερέας. νῦν δὲ ἥκει δρομαῖος, καὶ φέρων ἑαυτὸν ἄσμενος δίδωσιν Οὐρβανῷ τῷ ὀγδόῳ. Καὶ οὐκ ἀθεεὶ τοῦτο γενέσθαι φησὶν, ὅπου γε ἡ παντέφορος πρόνοια τοσούτου διαδεδραμηκότος χρόνου τῷ καὶ τὴν ἑλλάδα φωνὴν ἄκρως ἐξησκημένῳ ἀρχιερεῖ τὸν Νείλου βίον ἐταμιεύσατο. τοῦ πάντ' ἀρίστου Ἡρακλέους τοῦ Βακκαρίου, ὃν ἡ τοῦ ὁσίου πατρὶς αὐχεῖ ἀρχιεπίσκοπον, καὶ τῆς ὑμετέρας μακαριότητος θεραπευτὴν ἀδολώτατον, γε-

γονότος

BEATISSIMO PATRI
VRBANO VIII.
CATHOLICÆ ECCLESIÆ
SVMMO PONTIFICI.





ENIT ad ſacros tuos pedes, PATER BEATISSIME, vir ſummæ ſanctitatis, genere Græcus, ortus in Italia, inſtituto Monachus, & Monachorum Dux, Nilus ille eximius & percelebris. Venit Græcus ad Græcorum amantem, ortus in Italia ad Pontificem œcumenicum, Monachus ad ſui ordinis tutelarem, ad Græciæ vindicem qui monaſticæ philoſophiæ præcepta ſuis tradebat. Et ille quidem vtpote ſtudioſus eremi cultor, & ſimplicitate gaudens, ſummoq; paupertatis amore flagrans, regias olim deuitabat aulas, ciuiliumq; officiorum curioſas affectationes auerſabatur, licet eum vel Romani ipſi Pontifices enixè inuitarent. Nunc autem lubens accurrit, ſeſeq; offert OCTAVO VRBANO; non ſine DEI numine factum aſſerens, vt poſt tot annorum curriculum Nili vita reſeruaretur Pontifici, quem exacta quoque Græcorum linguæ peritia ſummopere exornaret; probatiſſimo viro Hercule Vaccario Archiepiſcopo Roſſanenſi, tuæq; Sanctitati addictiſſimo, ingenti ſtudio, precibus, impenſis interpre-

tatio-

γονότος πρὸς τὴν ἑρμηνείαν καὶ λόγοις καὶ δαπάναις ἐργοδιώκτου. Καὶ θαυμάζει ὁ μέγας πατὴρ τὴν ἀκρότητα τῆς ἱερωσύνης ἀττικῷ συγκεκραμένην μέλιτι, καὶ τὴν φιλοσοφίαν τὰ ἱερὰ σκῆπτρα κατέχουσαν, καὶ φιλανθρωπίαν ἐν τῷ ὕψει τῆς ἱεραρχίας διαλάμπουσαν, καὶ ὅλως ὅλον τῶν ἀρετῶν τὸν ἑσμὸν θαυμασίως ἐν σοὶ καθιζάνοντα. Καὶ γεγηθὼς ἅπαντα προμηνύει τὰ αἴσια, βίον δι' αἰῶνα καὶ μακάριον, ἡρωϊκῶν γέμοντα πράξεων καὶ ἱεροπρεπεστάτων ἐγχειρημάτων, ἑλλάδος τε τῆς πολυπαθοῦς τὴν ἀνάῤῥυσιν, καὶ τῆς ἀγήρω ζωῆς διηνεκείαν τὴν μισθαπόδοτον.

Τῆς ὑμετέρας μακαριότητος δοῦλος

ὁ ταπεινὸς Ἰκονίου ἀρχιεπίσκοπος.

tationem curante. & admiratur planè egregius Pater ſummum Sacerdotium Attico melle temperatum, & philoſophiam ſacra gerentem ſceptra, tantamq; in Hierarchico cacumine humanitatem, & omnino conſidens in te vniuerſum virtutum examen. Itaque lætitia exultans proſpera ominatur omnia; vitam beatam & longæuam, Heroicorum operum & generoſitatis plenam, Græciæ multis oppreſſæ malis liberationem, & immortalis vitæ ſubſequentia præmia.

Sanctitatis Tuæ humillimus ſeruus

Io. Matthæus Caryophilus Archiepiſcopus Iconienſis.

AD

ΤΟΙΣ ΕΝΤΕΥΞΟΜΕΝΟΙΣ.





Ἔχεις ὦ φιλευσεβὲς ἄνερ τοῦ παμμάκαρος Νείλου τοῦ νέου ἐκδοθεῖσαν ἤδη τὴν ἱστορίαν φωτὸς ἔργον, καὶ φωτὸς ἀξίαν πανδήμου· ἣν εἰς τόδε ἀνέκδοτον διαλαθεῖν, κοινὴν ἅπαντες ζημίαν ἡγήσονται. δέχου ἱστορίαν τοὺς ἱστορικοὺς χαρακτῆρας ἐμφέρουσαν ἅπαντας, καὶ γυμνὴν τὴν ἀλήθειαν οὐδαμῇ ταῖς κομμωτικαῖς εὐχροίαις ἐνηνθισμένην, ἀλλ' ἀφελείας ἁπλότητι διαλάμπουσαν. μοναχοῦ βίον μοναχὸς γράφει, καθηγητοῦ μαθητής. τίς δ' αὖ οὗτος εἴη, δῆλον οὐ πάνυ καθέστηκεν· Βαρθολομαῖον ὡς ἔοικεν οἱ πλεῖστοι τεκμαίρονται, οἱ δὲ καὶ διαβεβαιοῦνται, ἄνδρα καὶ αὐτὸν ἁγιότητι διαπρέψαντα, τὴν αὐτὴν λαχόντα τῷ Νείλῳ πατρίδα, καὶ τῆς ἐκείνου σοφίας τε καὶ θεοσεβείας διάδοχον· ὃς καὶ τὴν ἱερὰν μονὴν τῆς καλουμένης Κρυπτοφέῤῥης συνῳκοδόμησε, καὶ τὸν σεβάσμιον νεὼν ἐκ βάθρων τῇ Θεομήτορι ἤγειρεν. ὁ δὴ οὖν Νεῖλος, ὁ ἐκ Ῥυσιάνου Καλαβρὸς, νέου τὴν ἐπωνυμίαν ἐκτήσατο διὰ τὴν πρὸς τὸν ἀρχαιότερον Νεῖλον τῆς ἀρετῆς ἐμφέρειαν, καὶ οἷόν τινα παραλληλόγραμμον θέσιν· Νεῖλον ἐκεῖνον φημὶ, οὗ μέγα κλέος ἐπὶ τῇ τῶν ἀσκητικῶν λόγων φιλοσοφίᾳ, καὶ ἀθάνατος ἡ μνήμη διὰ τὸ ἐπίπονον τῆς ἀσκήσεως. ἤκμασε δὲ οὗτος ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαυρικίου, γεγονὼς καὶ Κωνσταντινουπόλεως ἔπαρχος. εἶτα τὴν γαμετὴν πείσας, αὐτὸς μὲν ἐν αἰγύπτῳ τὸν μονήρη βίον ἠσπάσατο μετὰ Θεοδούλου τοῦ τέκνου, καὶ ἱερεὺς ἐχρημάτισεν· ἡ δὲ γυνὴ μετὰ τοῦ θυγατρίου γυναικεῖον κατέλαβε φροντιστήριον· καὶ ἀμφότεροι μακαρίου τέλους ἐπέτυχον. ὁ δὲ νεώτερος Νεῖλος

τῆς



AD LECTOREM.





ABES candide Lector, Beati Patris Nili iunioris historiam, lucis opus, & publica luce dignissimã; quam vsque adhuc non euulgatam latuisse in tenebris, commune damnum iudicabis. Omnia narrationis historicæ lineamẽta in ea comperies; & veritatem non coloribus pigmentisq. venustatã, sed nudę simplicitatis puritate conspicuã. Monachi vitam monachus scribit, magistri discipulus. Quis tamen ille fuerit, non plane constat. Bartholomæum suspicantur multi, quidam etiam asserunt; virum & ipsum sanctissimum, Nili ciuem, & sapientiæ eius & pietatis hæredem: cuius opera venerandum Cryptæ Ferratæ monasterium absolutũ, & ædes Beatę Virgini extructa est. Vt autem Nilus hic noster Italogræcus Rossanensis, iunioris titulum habuerit, paralleli quædam fecit admirabilis conuenientia cum antiquiori Nilo; quem pietatis monasticæ splendor, & præclara ingenij monumenta de vitæ solitariæ instituto immortalem reddiderunt. Vixit is imperante Mauricio, & Prætorem Constantinopoli egit. Deinde paribus cum vxore voris regulam ipse quidem monasticam professus est in Aegypto vna cũ filio Theodulo, & Sacerdos fuit: vxor verò cum filia secessit in fœminarum monasteria: & vterque sanctitatis lauream adeptus est. At verò Nilus iunior,

τῆς μὲν ἱερωσύνης οὐδαμῶς ἥψατο, γάμῳ δὲ ὡμίλησε· καὶ γάμου ὑπερφρονήσας τοσαύτην ἐπίδοσιν ἐν τῇ μοναδικῇ πολιτείᾳ καὶ ἀγωγῇ ἐποιήσατο, ὥστε καὶ μοναστῶν, καὶ τῶν τὴν ἔρημον οἰκούντων γενέσθαι διδάσκαλος, καὶ τοῦ μεγάλου πατρὸς Βασιλείου τὸν κανόνα παρ' Ἰταλοῖς καταστῆσαι περιφανέστατον. συγγράμματα δὲ εἰ καὶ μὴ καταλέλοιπεν, ἀλλ' οὖν ὅτι συχνὰς καὶ θαυμασίας ἐσχεδίασεν ἐπιστολάς, μάρτυς ἡμῖν ὁ τὴν κοινωφελῆ τήνδε συγγραψάμενος ἱστορίαν. πλὴν ἀλλ' ὅτι τὸν πρεσβύτερον ὑπερηκόντισεν ὁ νεώτερος, τῷ παρακμαζούσης ἤδη τῆς ἑλλάδος ἐκφῦναι οἷόν τι ἄνθος ὀψιμοθέατον, πόσην τ' ἀνδρὸς ὑπεροχήν, πόσην ἀρετῆς διελέγχει περιουσίαν; ταῖς γὰρ ἀποξηρανθείσαις ψυχαῖς τῇ σκληραυχενίᾳ τοῦ σχίσματος Νεῖλος ὅδε ἐφάνη πελαγηδὸν τὰ ῥεύματα χέων τοῦ αἰγυπτίου Νείλου γονιμώτερος καὶ θειότερος. ἡνίκα γοῦν Φώτιος ὁ ἐξώλης, ὁ τῶν κακῶν τοῦ σχίσματος ἁπάντων συσκευαστὴς καὶ ὑφηγητής, τὴν ῥωμαϊκὴν ἐσυκοφάντει ἐκκλησίαν, καὶ τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης δραματουργῶν ἐπολέμει διὰ τήν, ὥς φασιν οἱ τοῦ σχίσματος, ἐν τῷ συμβόλῳ προσθήκην, καὶ αὐτὸ δὴ τὸ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ παναγίου Πνεύματος δόγμα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, διά τε τοῦ Σαββάτου τὴν νηστείαν· τηνικαῦτα ὁ Νεῖλος τὸν ἀποστολικὸν θρόνον διὰ τιμῆς ὅτι πλείστης ἦγε καὶ εὐλαβείας, ἑαυτόν τε ζηλωτὴν παρεῖχε διάπυρον τῆς δόξης τῶν ἀποστόλων. τοὺς γοῦν αὐτῷ εἰς θεραπείαν προσαγομένους παρέπεμπεν εἰς Ῥώμην πρὸς τοὺς κορυφαίους τῶν ἀποστόλων, ἅτε δὴ ἀέναον τῆς ὀρθοδοξίας πηγήν, καὶ μητρόπολιν τῆς εὐσεβείας. ἀλλ' οὐδὲ ψιλῇ τῇ φωνῇ ἐξειπεῖν τῶν πρωταποστόλων τὰ ὀνόματα ἱκανὸς εἶναι καθωμολόγει. αὐτὸ δὲ τὸ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ παναγίου Πνεύματος δόγμα οὐ διέβαλλεν ὡς καινοτομίαν, ἥ φασιν οἱ σχιζόμενοι· εὖ μάλα εἰδὼς τὴν ἀκριβῆ καὶ ἀνόθευτον τῶν ἁγίων πατέρων διδασκαλίαν, μάλιστα δὲ Κυρίλλου τοῦ ἀοιδίμου ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ ἐν Ἐφέσῳ τρίτῃ συνόδῳ· ἧς τὰ πρακτικὰ ἢ πάρεργον ἀνέγνω Φώτιος ὁ ἀλάστωρ, ἢ τῷ τύφῳ τῆς ἀκράτου φιλοτιμίας κεπφωθεὶς παρ' οὐδὲν ἡγήσατο τὴν ἀναιδῆ ψευδορρημοσύνην. τί γάρ ἐστιν ἰδεῖν τρανότερον, σαφέστερον, τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων φωτοειδέστερον ἣν εἶχε πίστιν ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία περὶ τῆς ἀϊδίου ἐκπορεύσεως τοῦ ζωοποιοῦ Πνεύματος, ἢ ἐν τοῖς Κυρίλλου λόγοις; ἔνθα πρόρριζον τὴν Νεστορίου κακοδοξίαν ἀνασπῶν, καὶ τοὺς ἀσυλλογίστους τοῦ ἀνθρωπολάτρου συλλογισμοὺς ἐπιρραπίζων,

οὐχ

licet Sacerdos numquam fuerit, tamen relicta vxore tantos in monastica professione fecit progressus, vt plane monachorum & eremitarum institutor euaserit, & Basilij Magni ordinem in Italia mirificè illustrarit. Scripta vero eius etsi nulla extant, multas tamen & egregias ab eo fuisse elucubratas epistolas testatur, qui præclaram hanc vitæ eius historiam posteritati mandauit. Ceterum fuisse singularem in eo iuniorem Nilum, quod Græciæ deficientis extiterit quasi serotinus flos, tanta est laus, tam excellens prærogatiua, vt merito schismaticorum mentibus peruicaci duritie exsiccatis, Nilus ipse sit exundans ad irrigandos eorum animos Aegypti Nilo abundantior & felicior. Quando perditissimus Photius, omnium Schismatis malorum consarcinator & architectus, Romanam cauillabatur Ecclesiam, & Pontificis Romani auctoritatem oppugnabat ob additamentum, vt schismatici vocant, ad symbolum, & dogma ipsum de Spiritus Sancti processione & à Filio, atque ob ieiunium Sabbati: tunc Nilus tanta obseruantia Romanam prosequebatur Ecclesiam, tam religiosus erat summorum Apostolorum gloriæ venerator & cultor, vt ad se venientes curationis gratia, Romam ad Apostolos transmitteret, tanquam ad perennem pietatis & religionis fontem; seque indignum diceret, qui principes Apostolos vel solo nomine appellaret. Processionem vero Sancti Spiritus ex Patre & Filio, non calumniatus est vt dogma nouum: quippe qui optime norat, quid Sancti Patres docuissent, & præsertim Cyrillus in sacrosancta Synodo Ephesi. Quam vel oscitanter legerat impietatis magister Photius; vel certe licitum sibi putabat mentiri vir pessimus, vt ambitioni suæ blandiretur. Cum Cyrillus meridiana luce clarius, apertissimis verbis fidem antiquæ Orientalis Ecclesiæ declarauerit de Sancti Spiritus processione; & è visceribus fundamentorum Nestorianæ hæreseos, vbi illam radicitus euellit, adeo luculenter docuerit, expresserit, inculcarit eius ab vtroque processionem, non semel, non perfunctoriè, sed neruosis vtendo demonstrationibus, & plurimum meditatis repetitionibus;

οὐχ ἅπαξ, οὐχ ὁδοῦ πάρεργον, ἀλλὰ μετὰ πολυφροντίστου ἀποδείξεως, καὶ μεριμνικωτάτης παλιλλογίας τὴν ἐξ ἀμφοῖν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπόρευσιν βοᾷ, κηρύττει, διαμαρτύρεται. ἀλλὰ τίς ἂν μὴ ὑπερεκπλαγείη; ἔστω· Φώτιος ἐκ τῆς ἐμφύτου πεφυσημένος φιλαρχίας πρὸς τὰ φανότατα τὸν νοῦν ἐσκοτώθη· οἱ μεταγενέστεροι πῶς οὐκ ἀνένηψαν; πῶς οὐκ ἀνέβλεψαν πρὸς τὴν ἀκτῖνα τῆς ἀληθείας; ἀλλ' οἷον ἐμβρόντητοι τοσαύτην πεπόνθασιν ἀβλεψίαν, ὡς ἐγκαυχᾶσθαι μὲν τῇ ἀπαραβάτῳ φυλακῇ τῶν συνοδικῶν διατάξεων, παντὶ δὲ μᾶλλον προσέχειν τὸν νοῦν, ἢ τῶν συνόδων ταῖς ἀποφάσεσιν; καὶ μηδὲ ἐρυθριᾶν φάσκοντας, διεφθάρθαι τὰς βίβλους ὑπὸ Λατίνων; εἰ γὰρ τὰς κατὰ Νεστορίου φωνὰς τοῦ Κυρίλλου διαγράψαντας ἐν οἷς τροποῦται τὸ βλάσφημον τοῦ τὴν ἐκπόρευσιν πόρρω τοῦ Υἱοῦ βάλλοντος, τί ἂν ἄλλο ποιήσαντας, ἢ πρὸς τὰ Νεστορίου βαττολογήματα τὸν Κύριλλον ἄφωνον; ἀλλ' οὐδὲ προσθήκην, ὡς φίλον ὀνομάζειν τοῖς σχισματικοῖς, μαθοῦσι παρὰ Φωτίου τὸ βλασφημεῖν ἀδεῶς, ἀπεκάλει ὁ Νεῖλος τὴν ἐγκειμένην εὐλόγως τῷ συμβόλῳ ἀνάπτυξιν· ᾔδει γὰρ ὁ θεσπέσιος πατὴρ τί προσθεῖναι, τί ἀφελεῖν ἀπείρητο τῇ ἀρχαιότητι· καὶ προσθήκην ὅλως μὴ εἶναι ταύτην, ἧς ἀφαιρεθείσης ὁ νοῦς χωλαίνει. Περὶ δὲ τὸ κεφάλαιον τῆς τοῦ σαββάτου νηστείας πλεῖστον ὅσον ἀφέστηκεν ἡ φιλαλήθης τοῦ Νείλου ψυχὴ τῆς φρενοβλαβοῦς τῶν ἀποσχιστῶν κακονοίας. ὁ μὲν γὰρ τῶν ἀνατολικῶν τὴν συνήθειαν οὐκ ἀνέφερε πρὸς ἀποστολικόν τινα κανόνα, ἐξ ἀποκρύφων προκύψαντα, καὶ διαγορεύοντα πλὴν ἑνὸς μόνου Σαββάτου μὴ δεῖν νηστεύειν· ὅν φασιν ἀθετεῖσθαι οἱ σχισματικοὶ παρὰ τῶν Ῥωμαίων, ἅτε δὴ νηστευόντων τοῖς σάββασι. οὐ δὴ Νεῖλος τοιαῦτα ἐληρώδει· τὰ δὲ τῶν γραικῶν οὕτως ἐπρέσβευεν, ὥστε ἀσμένως ἀποδέχεσθαι καὶ τὰ τῶν λατίνων, διάφορα ἐπιστάμενος τὰ ἔθιμα ἐν διαφόροις παροικίαις, καὶ ποικίλην εἶναι ἀνέκαθεν τῆς ἐκκλησίας τὴν ἐν παρατηρήσεσιν αἰσίαις διάκοσμον, τοῦ συνδέσμου τῆς μιᾶς πίστεως μηδοπωσοῦν παραβλαπτομένου. Οἱ δὲ τοῦ σχίσματος ἀρχηγέται μετὰ πλείστας ἐτῶν περιόδους τὸ ἀρχαιότατον καὶ σεβάσμιον ἔθος τῶν Ῥωμαίων ἀναισχυντήσαντες ἀπεκήρυξαν· καὶ τὸν ἐπίπλαστον κανόνα προφέροντες, πιστεύειν ἐδίδαξαν τοὺς ἰουδαιοτέρους, ὅπως εἶναι πρὸς χριστιανισμὸν τὴν τοῦ σαββάτου κατάλυσιν ἀναγκαίαν, ὡς καὶ ὁποιονοῦν ἄλλο δόγμα ἱερὸν τῶν εἰς σωτηρίαν ψυχικὴν συντεινόντων. Τοιοῦτος ἦν ὁ Νεῖλος καὶ λόγῳ λαμπρὸς, καὶ βίῳ ὑπέρλαμπρος. ἀλλ' εἴθε μετὰ τὴν ἱερὰν τῶν Νείλων δυάδα Νεῖλός τις ἄλλος τὸ καλὸν

τῆς

vt profecto monstri simile sit homines in tanta luce caligasse. Esto: Photius innatæ ambitionis studio inflatus lucidissima videre non potuit: Recentiores cur tam vecordes? cur ad veritatis radium oculos non aperuere? Sed tanta stupiditate laborarunt, vt versentur in tenebris; & se se iactitent quasi synodalium Decretorum retinentissimos defensores, qui nihil minus sunt, quam Synodorum obseruantes? nec pudeat asserere, corruptos esse libros à Latinis. Si enim è Cyrilli verbis expunxeris, quæ ille disputat contra negantes Filio Sancti Spiritus productionem, quid aliud efficies, quam Cyrillum ad argumenta Nestorij mutum? Nec vero additamentum Nilus credidit, vt blasphemantes vocant schismatici edocti à Photio, quod symbolo iure appositum vim habet explanationis; cum probe sciret egregius Pater, quid addi, quid demi vetuisset antiquitas; & illud nullo modo addi, quod si non intelligas, male credas. De ieiunio porro Sabbati longissimè aberat veracissima Nili mens à deprauata mente Schismaticorum. Ille Orientalium consuetudinem non apocrypho cuidam Canoni Apostolorum tribuebat, præcipienti ieiunium Sabbati præter vnum, nempe vigiliam Paschæ; quem à Romanis violari asserunt Schismatici ieiunantibus Sabbato. Non hasce ineptias fundebat Nilus: sed ita morem tenebat Orientalium, vt probaret & consuetudinem Latinorum. Sciebat enim hanc esse rituum Ecclesiæ pro locorum varietate diuersitatem; & à principio multiformem extitisse ornatum Ecclesiæ ob distinctam salua vnitate fidei piorum rationem institutorum. At vero auctores schismatis antiquissimum & venerandum Romanæ Ecclesiæ morem post aliquot secula impudentissimè damnarunt; & prolato conficto illo Canone imperitis persuaserunt, ita pertinere relaxationem Sabbati ad cultum fidei Christianæ, vt quoduis aliud sacrum dogma necessarium ad salutem consequendam. Tam illustris scientia, tam illustris erat Nilus pietate. Sed vtinam post duos hosce inclytos Nilos non extitisset tertius, qui egregium virtutis nomen bonis omnibus affluentissimæ fontem

falsa-

τῆς πελαγιζούσης ἀρετῆς ὄνομα πηγὴν ἁλμυρῶν ὑδάτων μὴ ἐπεδέξατο, Θεσσαλονίκης μὲν γεγονὼς πρόεδρος, σχισματικῆς δὲ φλυαρείας πατὴρ καὶ διδάσκαλος. τούτου τὰς ψυχωλεθρίους ῥήσεις, καὶ τὰς προσφόρους ἀντιρρήσεις Θεοῦ διδόντος ὄψει ἐκδοθησομένας μετὰ τὸν βίον τοῦ ἁγίου· ἵν' ᾖ τοῖς πᾶσι κατάδηλον, Νείλου τοῦ νεωτάτου πρὸς Νείλους τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ τῆς πατροπαραδότου τῶν γραικῶν θεολογίας πρὸς τὰς τῶν σχισματικῶν κακοφώνους καινοτομίας ὁπόσον τὸ διάφορον.



ſalſarum exhiberet aquarum, Theſſalonicenſis antiſtes, & vaniloquentiæ Schiſmaticorum anteſignanus. Huius perniciosiſſima dicta & ſententias vna cum ſuis confutationibus, Deo dante, poſt ſancti Patris hiſtoriam videbis edenda: vt palam fiat omnibus, quid interſit inter Nilos & Nilum; denique inter auitam Græcorum theologiam, & ſchiſmaticorum abſonas nouitates.



ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΑΣΚΗΤΗΝ ΝΕΙΛΟΝ.

Πέφυκας ἰσόψηφος ὦ Νεῖλε χρόνῳ,
Τοῖς ἡμεροδρόμοισιν ἡλίου κύκλοις
Ὃν συντελεῖ μίαν τεξακήρῳ συνδίσῳ.
Τί δ' ἄλλο τοῦτο, συνδρομῆς ἢ τεσσάρων
Ἔνδειγμα καλῶν, ὡς φρενοσολισμάτων;



ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ
ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΦΟΡΟΥ
ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΝΕΙΛΟΥ ΤΟΥ ΝΕΟΥ.

VITA ET RES GESTAE
SANCTI ET DEIFERI
PATRIS NOSTRI
NILI IVNIORIS.

Interprete Ioanne Matthæo Caryophilo Archiepiscopo Iconiensi.



Χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου πνεύματος· καλὸν γὰρ ἐκ θεοῦ ἄρχεσθαι, καὶ εἰς θεὸν καταλήγειν· εἴη μετὰ πάντων τῶν φιλοπόνως ἀκροωμένων, καὶ μετὰ τῆς ἐμῆς εὐτελείας καὶ πτωχονοίας τοῦ μέλλοντος τολμηρῶς διαγγέλλειν περὶ τοῦ βίου τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Νείλου τοῦ νέου. οὐ γὰρ δι' ἀνθρώπου, οὐδὲ δι' ἀνθρωπίνης ὑπο·



Ratia Dñi nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & cõmunicatio sãcti Spiritus: bonũ quippe est & ordiri à Deo, & in Deũ desinere: sit cũ omnibus studiosè audientibus, & cum tenuitate mea mentisq. paupertate, qui audacter historiã vitæ sancti Patris nostri Nili iunioris sum narraturus. Non enim per hominem, vel suggerente, & adhortante hominis

conſilio aggreſſus ſum tale opus. Neque enim ſunt nunc nouiſſimis temporibus nouiſſimorum horum ſæculorum, qui talia quęrant, & curioſè appetant: Quinimo multi, qui ſubſannant, & iniucundè hæc audiunt: quibus nec antiquorum ſanctorũ narrationes, neque recens facta fide digna ſunt; ſed obſtructis ſibi planè omni ex parte vijs ad vtilitatem ferentibus, ſcopum vnũ habent in omnibus ſibi propoſitum, vt eorum quæ dicuntur fidem metiantur ſuarum virium modulo; quod autem vires eorũ ſuperat, id vero illis tanquam à veritate alienum mendacij ſuſpicionem inijciat. Quapropter inuiſibilem mentem, Deũ inquam Patrem; & ſimul expertem principij tẽporis conſempiternumq. Verbũ, & ſanctiſſimum conſubſtantialemq. Spiritum narrationis fundamentum iacientes, illam aggrediamur; etſi nulli alij profuturam, at certè nobis, qui in ea ſtudium ponimus, & nõnihil mentẽ à rebus terrenis abducimus, non mediocre emolumentum & lucrum allaturã: quemadmodum vnguentarijs aromatum tractatio ſuauitatẽ affert & voluptatem. Oportet

ὑποβολῆς ἢ παρακλήσεως τὸ τοιοῦτον ἔργον ἐχειρισάμην. οὐδὲ γάρ εἰσι νῦν ἐν τοῖς ἐσχάτοις καιροῖς τῶν ἐσχάτων τούτων αἰώνων οἱ τὰ τοιαῦτα ζητοῦντές τε καὶ πολυπραγμονοῦντες· τοὐναντίον μὲν οὖν, πολλοὶ οἱ μωκίζοντες, καὶ πρὸς ταῦτα ἀηδιζόμενοι, οἱ μήτε τοῖς παλαιοῖς διηγήμασι τῶν ἁγίων πιστεύοντες, μήτε τοῖς νεωστὶ τελεσθεῖσιν πειθόμενοι· ἀλλὰ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν αὐτοῖς τὰς τῆς ὠφελείας ὁδοὺς ὡς εἰπεῖν ἀποφράξαντες, ἕνα σκοπὸν ἐν ἅπασι τίθενται, τὸ πρὸς τὰ ἑαυτῶν μετακρίνειν τὸ πιστὸν ἐν τοῖς λεγομένοις· τὸ δ᾽ ὑπερβαῖνον τὴν ἑαυτῶν δύναμιν, ὡς ἔξω τῆς ἀληθείας ταῖς τοῦ ψεύδους ὑπονοίαις καθυποβάλλειν. διὸ τὸν ἀόρατον νοῦν, τὸν θεόν φημι καὶ πατέρα, καὶ τὸν ἄναρχόν τε καὶ συναΐδιον λόγον, καὶ τὸ πανάγιον καὶ ὁμοούσιον πνεῦμα, θεμέλιον καὶ ἀρχὴν προθέμενος τοῦ λόγου, ἀπὸ τῆς διηγήσεως ἀπαρξώμεθα· εἰ καὶ μή τοι γέ τινι χρησιμεύσουσαν ἄλλῳ, ἀλλ᾽ ἡμῖν τοῖς ἐνταύτῃ ἀσχολουμένοις, καὶ μικρόν τι τὸν νοῦν ἐκ τῶν γηΐνων ἀπαγομένοις οὐ μικρὰν τὴν ὄνησιν καὶ τὸ κέρδος ἐργαζομένην, καθάπερ τοῖς μυρεψοῖς ἡ τῶν ἀρωμάτων ἀναστροφὴ τὴν ἐξ αὐτῶν ἡδύτητα καὶ ἀπόλαυσιν. δεῖ τοίνυν τὴν ἐνεγκοῦσαν τοῦτον

ἡμῖν τὸν ἀοίδιμον Νεῖλον προ-
τάξαι τῷ λόγῳ, ἵνα μηδὲν τῶν
δεόντων ἐλλείπῃ τῷ πάντα τὰ
κατ᾽ αὐτὸν ἐρευνῶντι.

Τὸ Ῥουσιάνον οἶδ᾽ ὅτι πάντες γι-
νώσκουσιν, οὐ μόνον διὰ τὸ προκα-
θῆσθαι τοῖς τῆς Καλαβρίας τέρ-
μασι, μέγιστόν τε τυγχάνειν ὁμοῦ
καὶ ἀνεπιβούλευτον, ἀλλὰ καὶ διὰ
τὸ καὶ πάσης τῆς χώρας ἐρημωθεί-
σης, καὶ πασῶν τῶν πόλεων ἔργον
γεγενημένων τῆς τῶν σαῤῥακη-
νῶν πολυπληθείας, μόνον δια-
φυγεῖν μέχρι καὶ νῦν τῆς αὐτῶν
ἀπωλείας τὸν νόμον. τοῦτο δὲ οὐκ
ἐξ ἀνθρωπίνης σοφίας ἢ βοηθείας
συνέβη, ἀλλὰ τῇ δυναστείᾳ καὶ
ἀντιλήψει τῆς ἐκεῖ ἐπισκιαζούσης
ἐξαιρέτως δεσποίνης ἡμῶν θεο-
τόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας· ἥτις
πολλάκις τῶν ἀθέων ἀγαρηνῶν
ἐν νυκτὶ προσελθόντων, καὶ συ-
λῆσαι τὸ φρούριον βουληθέντων, ἅ-
μα τῷ προσεγγίσαι αὐτοὺς τῷ
τείχει, ὥστε καὶ κλίμακα ἐπιθεῖ-
ναι, λέγεται ἄνωθεν ὡς γυνὴ
πορφυροφόρος ἐποφθῆναι αὐτοῖς,
λαμπάδας ἐν ταῖς χερσὶ κατέ-
χουσα, καὶ ταύταις αὐτοὺς κατα-
βάλλουσα, καὶ τοῦ τείχους ἀποδιώ-
κουσα. καὶ τοῦτο σαφῶς ὡμο-
λόγουν οἱ ἐξ αὐτῶν γενόμενοι
πρόσφυγες. ἐκεῖθεν τοίνυν ὁ
ὅσιος πατὴρ ἡμῶν Νεῖλος ἀνέτει-
λεν, καὶ ἐκεῖσε τὰς τῆς σωματι-
κῆς ἡλικίας ἀρχὰς κατεβάλετο,
δεῦ-

igitur principio ſermonis de
ciuitate illa verba facere, quæ
nobis edidit celeberrimũ Ni-
lum; ne quicquam eorum,
quæ ſcire operæpretiũ eſt, de-
ſit perſcrutanti omnia de illo.

Roſſanum ſcio notum eſſe
omnibus, non eo ſolum nomi-
ne, ꝙ Calabriæ finibus præ-
ſit, & maxima ſit ciuitas, & ab
inſidijs hoſtium tuta; ſed etiã
quia vaſtata vniuerſa prouin-
cia, cunctiſq. vrbibus redactis
in poteſtatem colluuionis Sar-
racenorũ, ſolum vſque adhuc
effugerit illorum perniciem.
Quod quidem non humana
prudentia, vel auxilio conti-
git, ſed potentia & ope præ-
cipuæ eius vrbis patronæ Dò-
minæ noſtræ matris Dei, ſem-
perq. Virginis Mariæ. Illa
enim impijs Agarenis ſæpè
de nocte irruẽtibus, vt arcem
occuparent, ſimul atque ad
muros acceſſiſſent, ſcalas etiã
admouiſſent, è ſuperiori loco
apparuiſſe dicitur, ſpecie mu-
lieris purpura indutæ, faceſq.
in manibus habentis, quibus
deijciebat illos, & è muro de-
pellebat. Et hoc apertè fate-
bantur, qui ex illis transfugæ
fuerũt. Inde ergo sãctus Pater
Nilus exortus eſt, & illic pri-
mas ętatis ſuę partes trãſegit,

muneris loco parētibus à Deo datus: namque post vnā sororem masculus hic optantibus susceptus est, & oblatus Deo ab illis, Deiq. matris ædi libēter dicatus. Præclaram porro indolem feliciter sortitus, & acumen mentis, morumq. suauitatem, æquales omnes superauit sagacitate, & responsis, & diligenti scripturarum lectione, necnō interrogationibus, quas proponebat magistris; vt mirarentur illi, vnde tantum huic puero ingenium, quo scrutaretur scripturas, & de rebus huiusmodi interrogaret. familiare enim erat illi à iuuentute sanctorū Patrū vitas euoluere, Antonij inquā, Sabbæ, & Hilarionis, aliorūq. quos Ecclesia Catholica celebres habet; auidoq. animo, mentisq. attētione semper eas lectitabat. Vnde etiam illi obuenit, vt odium in vitia conciperet, & in ædibus nobiliorum conuentus declinaret, omnēq. refugeret & abominaretur curiositatem; & aspernaretur quæ phylacteria vocant & adiurationes; quamquam libri etiam, qui de his agunt, illi nō deessent ob aciem ingenij, & studiū omnia sciendi. Ergo nō multo post parētibus vita functis,

δῶρον ἀπὸ Θεοῦ χαρισθεὶς τοῖς γονεῦσιν αὐτοῦ· πρὸς γὰρ ἀδελφῇ ἐτέχθη ἄρρεν αὐτοῖς ἐπιθυμητικῶς· καὶ δῶρον παρ' αὐτῶν ἐνεχθεὶς, καὶ τῷ οἴκῳ τῆς Θεοτόκου εὐθύμως ἀποκληρωθείς. φύσεως δὲ εὐκληρείας τυχὼν, καὶ νοὸς ὀξύτητος, καὶ φρενῶν ἀστειότητος πάντας τοὺς συνηλικιώτας αὐτοῦ ὑπερέβαλεν ἔν τε συνέσει, καὶ ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ, καὶ τῇ τῶν γραφῶν συνεχεῖ ἀναγνώσει, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς διδασκάλους ἐρωτήσεσιν· ὥστε θαυμάζειν αὐτοὺς, πόθεν τῷ τοιούτῳ βρέφει τὰς γραφὰς ἐρευνᾷν, καὶ ἐπερωτᾷν τὰ τοιαῦτα. ἠγάπα γὰρ ἀεὶ τῶν ἁγίων πατέρων τοὺς βίους ἐκ νεότητος αὐτοῦ, Αντωνίου φημὶ δὴ, Σάββα τε καὶ Ἱλαρείωνος, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν γεγραμμένων ἐν τῇ αὐτῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ· καὶ μετὰ πολλοῦ πόθου καὶ συνέσεως αὐτοὺς ἀεὶ διεξήρχετο. ὅθεν καὶ ὑπῆρξεν αὐτῷ τὸ μισοπόνηρον εἶναι, καὶ ἀποστρέφεσθαι τὰς ἐν τοῖς οἴκοις τῶν ἀρχόντων διατριβὰς, μισεῖν τε καὶ ἀποβδελύττεσθαι πᾶσαν περιεργίαν, καὶ ἐξουθενεῖν τὰ λεγόμενα φυλακτὰ, καὶ τοὺς λεγομένους ἐξορκισμοὺς· καίτοιγε οὐδὲ τῶν τοιούτων ἀπορήσας βίβλων διὰ νοὸς ὀξύτητα, καὶ σπουδὴν τὴν ἐν ἅπασι. μετ' οὐ πολὺ γοῦν τῶν γονέων αὐτοῦ τὸν βίον ἀπολιπόντων,

των, καὶ διὰ τῆς ἀδελφῆς ἀνατρεφομένου, καὶ εὐσεβῶς ἐκπαιδευομένου· ἦν γὰρ καὶ αὐτὴ φιλόθεος πάνυ, εἰ καὶ τὸν τοῦ βίου ζυγὸν ὑπεισῆλθεν· ἡνίκα δὲ τῆς ἡλικίας τὸ ἄνθος αὐτοῦ προσετέθη, οὐχ ὑπῆρχεν ὁ τῆς νουθεσίας τὸν χαλινὸν ἐπιθεῖναι τοῦ νέῳ σπουδάζων, καὶ διὰ συνεχοῦς διδασκαλίας πρὸς τὰ κρείττονα αὐτὸν ὁδηγήσων, οὐ τῶν ἐπισκόπων τὶς, οὐχ ἱερέων, οὐδ᾽ ἡγουμένων ἢ μοναζόντων· σπάνιον γὰρ ἦν ἐν τοῖς χρόνοις ἐκείνοις ἐκεῖσε τὸ τῶν μοναχῶν σχῆμα· ἵνα μὴ λέγω, ὅτι καὶ βδελυκτόν.

Στοχασάμενος οὖν ὁ διάβολος τὸ μέλλον ἐξ αὐτοῦ ἀναφύεσθαι κέρδος, καὶ ὡς ἀντίπαλος αὐτοῦ καὶ ἐχθρὸς εὑρεθήσεται μέγας· δεινὸς γάρ ἐστιν ἐκ τῶν προλαβόντων τεκμηριῶσαι τὸ μέλλον· ἤρξατο καταπλήττειν τὰς τῶν γυναικῶν ἀγάμους ἐπὶ τοῦ κάλλει τοῦ νέου· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ καλλιφωνίᾳ τῆς ψαλμῳδίας αὐτοῦ, καὶ τῇ ἐν ἅπασι διεγέρσει τε καὶ ἐπιτηδειότητι. διὸ οὐκ ἴσχυσεν ἀποδρᾶσαι τὰς αὐτῶν πολυτρόπους παγίδας· ἀλλὰ καθάπερ ἔλαφος πληγὰς εἰς τὸ ἧπαρ, θηρεύεται ὑπὸ μιᾶς αὐτῶν, ὡραιότητι μὲν καὶ φύσεως κάλλει τὰς ἄλλας ὑπερβαλλούσης, ἐκ γένους δὲ εὐτελοῦς καὶ τοῦ τυχόντος καταγομένης. ζεύγνυται τοίνυν αὐτῇ, καὶ θῆλυ τὸ πρώτως τεχθὲν παιδίον ὑπῆρχεν αὐτοῖς. ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ παν-

τέφορος

ctis, cum à ſorore educaretur, pièq. inſtitueretur: nam & illa fœmina erat valde religioſa, licet in matrimonio collocata: vbi florentem iuuentutis attigit ætatem, non erat qui frænum adoleſcenti vellet inijcere, aſſiduaq. diſciplina dux illi eſſet ad optima; non Epiſcopus, non ſacerdos, non Abbas, non Monachus: perraro enim ibi per illa tempora videbatur monaſticus habitus; ne dicam & contemptibilem fuiſſe.

Conijciens ergo diabolus, quid lucri eſſet allaturus, & quàm grauis ſibi futurus eſſet aduerſarius (Acer enim eſt ex anteactis coniector futuri) cœpit innuptas puellas configere telo formæ adoleſcentis, & ſuauitatis cantus, & egregiæ indolis. Idcirco nec multiplices earũ laqueos potuit euitare, ſed veluti ceruus transfixo iecore, vnius ex illis captura fit, pulchritudine formaq. eleganti præſtantioris omnibus, ſed infimo loco natæ. Copulatur ergo cum illa; primaq. illis ſoboles fœmella naſcitur. At verò vni-

uerſa

uersa prospiciens Dei prouidẽtia, quæ omnia nouit ante quam ad finem perducantur; præuisa vtilitate maxima per eum futura hominibus, multorumq. salute, qui regni cælorum hæredes per eum futuri erant; non permisit eum volutari in cæno huius vitæ: sed primò quidẽ inserit cordi ipsius iugem mortis memoriã, & futurorum suppliciorũ perpetuo duratura tormenta. Deinde vehementi frigore, febriq. ardentissima vexari illum sine intermissione permittebat, vt sibi ob oculos quotidie versaretur rapacissima mors. Quadã ergo die nihil omnino effatus, & arcanum suum nulli cõmunicans, profectus est ad quosdam, à quibus sibi pecuniæ summa nõ minima debebatur; & ait ad illos: Pulcherrimã inueni vineam, & necesse mihi est illam emere. Accepta igitur pecunia, quantam illi habebant, dimisso quod reliquum erat, abit ex ijs locis graui morbo laborans. Sequebatur verò illum Monachus quidã, Gregorius nomine, dux viæ ad monasteriũ ducentis. Cùm verò ad flumen quoddã venisset, ingressus vt traijceret, tũc agnouit Dei præeuntis

auxilium,

τέφορος πρόνοια, καὶ πάντα πρὸ τέλους γινώσκουσα, προϊδοῦσα τὴν μέλλουσαν δι' αὐτοῦ γενήσεσθαι τοῖς ἀνθρώποις μεγίστην ὠφέλειαν, καὶ ὅτι πολλοὶ δι' αὐτοῦ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας κληρονόμοι γενήσονται, οὐκ εἴασεν αὐτὸν ἐν τῷ βορβόρῳ τοῦ βίου κυλίεσθαι. ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἐμφυτεύει ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ τὴν τοῦ θανάτου μνήμην ἀνέκλειπτον, καὶ τὴν τῶν μελλόντων κολαστηρίων ἀτελεύτητον βάσανον. ἔπειτα δὲ φρίκῃ μεγίστῃ, καὶ πυρετῷ σφοδροτάτῳ ἀεννάως παλαίειν αὐτὸν συνεχώρει, ὡς προβλέπειν καθ' ἡμέραν πρὸ ὀφθαλμῶν αὐτοῦ τὸν ἅρπαγα θάνατον. Ἐν μιᾷ γοῦν τῶν ἡμερῶν μηδὲν εἰρηκὼς, μηδὲ θαῤῥήσας τὸ μυστήριον ἀνθρώπῳ τινὶ, πορεύεται πρός τινας χρεωστοῦντας αὐτῷ ποσὸν ἱκανὸν, λέγων πρὸς αὐτούς· ἀμπελῶνα κάλλιστον εὕρηκα, καὶ ἔχω ἀνάγκην τοῦ ἀγοράσαι αὐτόν. λαβὼν δὲ ἐξ αὐτῶν ὅσον ἂν εὑρέθησαν ἔχοντες, τὸ λοιπὸν καταλείψας ἔξεισι τῶν ἐκεῖσε τῇ νόσῳ βαρέως κατατρυχόμενος. συνείπετο δὲ αὐτῷ καὶ μοναχός τις Γρηγόριος τῷ ὀνόματι, ποδηγέτης αὐτῷ τῆς πρὸς τὸ μοναστήριον ἀπαγούσης ὁδοῦ γενόμενος. φθάσας δέ τινα ποταμὸν, καὶ εἰσελθὼν τοῦ περάσαι αὐτὸν, τότε ἔγνω τὴν τοῦ θεοῦ ὁδηγοῦσαν αὐτὸν ἀν-

τίληψιν

τὴν λῆψιν βοηθοῦσαν αὐτῷ, καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον ἄγουσαν βούλημα. τῆς γὰρ νόσου κατὰ τὸ μέσον τοῦ ποταμοῦ, καθάπερ φορτίον βαρὺ, ἀφαιρεθείσης ἀπὸ τῶν ὤμων αὐτοῦ, προθύμως τοῦ λοιποῦ τὴν ὁδὸν διήνυε, καὶ τερπόμενος ἔψαλλεν· ὁδὸν ἐντολῶν σου ἔδραμον κύριε, ὅταν ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μου. καταλαβὼν δὲ τὰ περὶ τὸ Μερκούριον μοναστήρια, καὶ θεασάμενος τοὺς οὐρανίους ἐκείνους καὶ θαυμασίους ἄνδρας· λέγω δὴ Ἰωάννην τὸν μέγαν, καὶ Φαντῖνον τὸν περιβόητον, Ζαχαρίαν τὸν ἰσάγγελον, καὶ τοὺς λοιποὺς ἅπαντας πράξει καὶ λόγῳ θεότατα διαπρέποντας, καὶ καταπλαγεὶς ἐπὶ τῇ θεωρίᾳ αὐτῶν, καὶ τῷ ταπεινῷ σχήματι, πλήρης δακρύων ἐγένετο, καὶ πρὸς ἔνθεον ζῆλον σφοδρῶς ἀνεφλέγετο. καὶ αὐτοὶ δὲ θεασάμενοι παλαιὸν φρόνημα ἐν νεαρῷ σώματι, ἤθους τε πῆξιν, καὶ κατάστασιν εὔχρηστον· καὶ ἀγασθέντες ἐπὶ τῇ γλυκύτητι τῆς αὐτοῦ ἀναγνώσεως, καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ νοὸς ὀξύτητι, ἔγνωσαν προορατικῷ ὄμματι τὴν ἐπ' αὐτῷ μέλλουσαν πολυπλασιάζεσθαι χάριν τοῦ πνεύματος, καὶ ὡς πολλοὶ δι' αὐτοῦ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας κληρονόμοι γενήσονται. καὶ εὐλογίαις αὐτὸν κατεπλούτησαν, καὶ εὐχαῖς κατεστήριξαν. οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ γράμ-

ματα

auxilium, & eo trahentis, quo ipse volebat. Morbo enim veluti pondere in medio amne ab humeris excusso leuatus est; & reliquum viæ conficiebat alacriter, lætusq. canebat: Viam mandatorum tuorũ cucurri, cum dilatasti cor meũ. *Psal. 118.32* Vbi peruenit ad Monasteria, quæ Mercurij vocantur, & vidit cælestes illos & admirabiles viros, magnum inquam Ioannem, & percelebrem Fantinum, & angelica puritate Zachariam, cæterosque omnes opere & sermone Dei præstantissimos, aspectu eorum humilique habitu stupefactus lacrymas affatim profudit, diuinoq. zelo vehementer accendebatur: & ipsi cõtra, senilem in iuuenili corpore sensum intuiti, morumq. stabilitatem, & aptam ad bona quæque habitudinem; necnon lectionis suauitatem admirati, mentisque perspicaciam, præsago cognouerunt oculo multiplicandam in eo Spiritus gratiam; quodque futurum esset, vt multi per eum fierent hęredes regni cælorum. itaque illũ & benedictionibus cumularũt, & pijs precationibus munierunt. Nõ multum Interfluxit temporis,

& ecce

& ecce tibi terroris & minarũ plenæ perferũtut ad monasteria litteræ à Prætore totius Prouinciæ; Vt si quis imponere manus auderet tali Clerico, manus ei præciderentur, eiusq. monasterium Fisco addiceretur. Quibus perterriti Monasteriorum præfecti, consilio inito cogitarunt illum transmittere in locũ extranei principatus, vt ibi sacro indueretur ille habitu, & ipsi se liberarent à principũ indignatione. Considera mihi tunc luctam inter Angelum & Satanam; illius quidem, vt hunc virum eriperet è turbulenta ac tenebricosa hac vita, eductũq. in terram promissionis, hoc est ad institutum eorum qui propter Dñm asperitate vitæ se exercent, vt proprium Deo dicaret, alterũq. efficeret Moysem: huius verò omnem machinam, omnem mouentis lapidem, vt huiusmodi bonũ impediret; quod fieri nõ potuisse re ipsa probatũ est. Neq. enim poterant vniuersa terræ regna collatis viribus Nili animum à ꝓposito deterrere. Cogitat ergo vir Dei migrare in Monasteriũ S. Nazarij vocatũ, ibiq. perficere quod optabat. Quod vbi cognouit omniũ bonorum aduersa-

ματα καταπληκτικὰ, καὶ ἀπειλαὶ φρικώδεις παρὰ τοῦ πάσης τῆς χώρας ἐπικρατοῦντος τὰ μοναστήρια κατελάμβανον· ὡς εἴτις τολμήσειε χεῖρα ἐπιβαλεῖν κληρικῷ τῷ τοιῷδε, τὴν χεῖρα μὲν αὐτοῦ ἀποκόπτεσθαι, τὸ δὲ μοναστήριον τούτου δημεύεσθαι. ὑφ᾽ ὧν καταπλαγέντες οἱ τῶν μοναστηρίων ἐξάρχοντες, ἐβουλεύσαντο τοῦτον ἐφ᾽ ἕτερον κράτος ἐκπέμψασθαι, κἀκεῖσε τὸ ἅγιον σχῆμα ἐνδύσασθαι, καὶ ἑαυτοὺς ἀπειράστοις φυλάξαι τῆς τῶν κρατούντων ἀγανακτήσεως. ἄθρει δὴ τότε πάλην ἀγγέλου τε καὶ διαβόλου· τοῦ μὲν, ὅπως τὸν ἄνδρα τοῦτον ἀπαλλάξῃ τοῦ ταραχώδους καὶ σκοτεινοῦ τούτου βίου, καὶ πρὸς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ἥτις ἐστὶν ὁ βίος τῶν διὰ κύριον ἀσκουμένων, ἐξάξας τῷ θεῷ προσοικειώσῃ, καὶ ἄλλον Μωϋσέα ποιήσῃ· τοῦ δὲ πᾶσαν μηχανὴν, καὶ πάντα λίθον κινοῦντος, ὅπως τὸ τοιοῦτον ἀγαθὸν ἐμποδίσῃ, ὅπερ ἀδύνατον ἀπεδείχθη. οὐ γὰρ ἐδύναντο πᾶσαι αἱ βασιλεῖαι τῆς γῆς συναχθῆναι, ἵνα τὸν Νεῖλον ἐκ τῆς οἰκείας ὁρμῆς ἰσχύσωσιν ἀναστεῖλαι. Σκέπτεται τοίνυν ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος καταλαβέσθαι τὸ τοῦ ἁγίου Ναζαρίου καλούμενον μοναστήριον, κἀκεῖ τὸ τοῦ πόθου πληρῶσαι ἐπάγγελμα. ὅπερ νοήσας ὁ πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς ἀνθιστάμε-

στάμενος, προλαμβάνει τὰ ἔμπροσθεν, καὶ παγίδας δεινὰς κατὰ τὴν ὁδὸν τίθησιν, οἱῳδήποτε τρόπῳ τὸν δρόμον τοῦ δικαίου ἐκκόψαι βουλόμενος. Καὶ δὴ τὴν ὁδὸν διανύοντι, καὶ τῷ θεῷ προσλαλοῦντι ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις, καὶ ὁλοψύχοις δεήσεσιν, μέλλοντι πρὸς ἀκτὴν ὑπεξέρχεσθαι, καὶ τῷ τῆς θαλάσσης εἴδει καθωραΐζεσθαι, βάρβαρος εἰς τῶν φρυγάνων ἐκπηδήσας, καθάπερ ποτὲ ἡ ἔχιδνα τοῦ Παύλου, τῆς χειρὸς τοῦ ἁγίου ἐδράξατο, καὶ ὁμοῦ πρὸς τὰ ἔμπροσθεν ἤρχοντο. οὐ πολὺ τὸ διάστημα, καὶ ἰδοὺ πλῆθος Σαῤῥακηνῶν ἐκ δεξιῶν ἀνακεκλιμένων ὑπὸ τὸ ἄλσος, μελάνων αἰθιόπων, ἀγριοφθάλμων, κακοπροσώπων, καὶ πάντων δαίμοσι προσεοικότων· πρὸς δὲ τὸ ἕτερον μέρος, μέγεθος πλοίων πρὸς τῇ γῇ σεσυρμένων, τὸν οὔριον πλοῦν ὡς εἰκὸς ἀπεκδεχομένων. Ταῦτα ἰδὼν ὁ μακάριος Νεῖλος ἀθρόον, καὶ τὴν δεινὴν καὶ ἀσυνήθη θέαν ἐκείνην, καὶ τὸ ξένον σχῆμα κατανοήσας, οὐ τῆς οἰκείας φρενὸς ὑπεξέστη, οὐδ᾽ ἠλλοιώθη ὅλως τὴν ὄψιν, ἢ τὸν λόγον παρεσαλεύθη, ἀλλ᾽ ἡσυχῇ τὴν χεῖρα βαλὼν ἐν τῷ στήθει, καὶ τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ ἑαυτὸν καθοπλίσας, εὐθαρσῶς καὶ ἀνδρείως ἀνταπεκρίνετο πρὸς τὰς ἐρωτήσεις·

aduerſarius, anteuertit; & difficiles laqueos per viam tendit, volens vt quoquo modo retardaretur vir iuſtus à ſuo curſu. Ergo facienti iter, Deumq. pſalmis & hymnis fuſiſq. ex imo corde precibus alloquenti, dū littori vicinus eſt, iam aſpectu maris exhilarandus, ecce proſilit è ſarmentis barbarus; & ſicut olim vipera Paulum, ita virum iuſtum manu prehendit, ſimulq. vltra gradiebãtur. Non longè profectis, en multitudo Sarracenorum ad dextram ſub nemore ſtratorum, nigrorum Aethiopum, feris intuentium oculis, truces vultus habentiū, & omnino dæmonibus conſimilium: ad læuam verò naues magnæ ſubductæ; quod ventum illi ſecundum, vt par eſt, ad commodam nauigationem expectarent. Hæc vt repente vidit beatus Nilus, horribilemq. & inuſitatum illum aſpectū, & peregrinum cõtuitus habitū, nõ mente dimotus eſt, nec omnino facies illi immutata eſt, aut ſtuporẽ vllum paſſus eſt; ſed manu ſenſim ad pectus admota, ſigno crucis ſe ſe armauit, & audacter ac viriliter ad interrogata reſpõdebat.

bat. Ceteris enim omnibus diuina prouidentia, veluti fræno quodam detentis, & in eodem loco quaſi ſtupore correptis, ſolus cum eo loquebatur, qui eũ tenuerat; quiſnam eſſet, & cuias, & quò iret, ſingula perquirens. Illo verò fatẽte ingenue & patriã & genus & conſilium, admiratus barbarus iuuentutis florem: nondũ enim expleuerat triceſimem annũ: & veſtimentorum decorem; adhuc enim mundanum gerebat habitum; necnon prudentiam in reſpondendo; ait ad illum: Non decet talem te iuuenem monaſticis laboribus iã contabeſcere; ſed prope ſeniũ, quãdo nihil mali poteris agere, tunc potius, ſi omnino tibi conſtitutum eſt, in hoc certamen deſcendes. At vir prudens; Non inquit, inuitos nos eſſe Deus vult bonos: ſed neque placere Deo poteſt ſenex, quemadmodum nec tibi gener infirmus, aut Regi miles imbellis. Ego quoque nũc iuuentutis tẽpore Deo ſeruire volo, vt cum ſenuero, gloriam conſequar ab illo. Hæc infidelis ille Agarenus cũ audiſſet, virtutem viri planè reueritus; imò potius Dei prouidentia

cor

τῶν γὰρ ἄλλων ἁπάντων οἷόν τινι χαλινῷ τῇ τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ προνοίᾳ κατασχεθέντων, καὶ οἷον εἰπεῖν ἐν τῷ τόπῳ ἀποναρκησάντων, μόνος ἐκεῖνος ὁ τοῦτον κρατήσας διελέγετο, τίς εἴη, καὶ πόθεν, καὶ ὅποι πορεύεται, πάντα διερευνώμενος. τοῦ δὲ τὴν πατρίδα, καὶ τὸ γένος, καὶ τὸν σκοπὸν τῆς ὁδοιπορίας ἀληθῶς ἀναγγείλαντος, θαυμάσας ὁ βάρβαρος ἐπί τε τῷ ἄνθει αὐτοῦ τῆς νεότητος· οὔπω γὰρ ἡλικίας ἐπλήρου χρόνον τὸν τριάκοντα· καὶ ἐπὶ τῷ κάλλει τῶν ἱματίων, ἀκμὴν γὰρ τοῖς ἀπὸ τοῦ κόσμου ἐκέχρητο· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ συνέσει καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ, φησὶ πρὸς αὐτόν· οὐκ ἔδει σε τοιοῦτον νεώτερον ὄντα τοῖς μοναχικοῖς πόνοις ἀπὸ τοῦ νῦν σεαυτὸν κατατῆξαι, ἀλλὰ πρὸς γῆρας, ὅτε οὐδὲν κακὸν δύνῃ ποιῆσαι, τότε ἂν ἐπορεύθης, εἴ γε ὅλως ἐβούλου, πρὸς τὸν τοιοῦτον ἀγῶνα. οὐ φησι πρὸς αὐτὸν ὁ ἐχέφρων ἀνήρ, οὐ βούλεται ὁ θεὸς ἀκουσίως ἡμᾶς εἶναι καλούς. ἀλλ' οὐδ' ἰσχύει γέρων ἀρέσαι θεῷ, ὥσπερ οὐδὲ σοὶ γαμβρὸς ἀσθενὴς, ἢ στρατιώτης νωθρὸς βασιλεῖ. καγὼ νῦν ἐν τῇ νεότητι θέλω δουλεῦσαι τῷ θεῷ, ἵνα ἐν γήρᾳ παρ' αὐτοῦ δοξασθῶ. ταῦτα ἀκούσας ὁ ἄπιστος ἐκεῖνος ἀγαρηνὸς, καὶ ὥσπερ αἰδεσθεὶς τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρὸς, μᾶλλον δὲ ὑπὸ τῆς

ἀνα-

ἄνωθεν προνοίας τὴν καρδίαν μεταβληθεὶς, ἀπέλυσεν αὐτὸν, ὑποδείξας αὐτῷ τὴν ὁδὸν, μηδὲν σκληρὸν ἢ ἐναντίον ποιήσας ἢ λέξας αὐτῷ· ἀλλὰ καὶ ἐπευξάμενος φασὶν αὐτῷ, καὶ προθυμοποιήσας αὐτὸν ἐν λόγοις ἱκανοῖς καὶ προτρεπτικοῖς εἰς ἀρετήν. ἐπεὶ δὴ τοίνυν διέστησαν ἀλλήλων, καὶ ἡ τοῦ θεοῦ πρόνοια πρὸς τὸν ἑαυτῆς θεράποντα σκέπην τε καὶ ἀντίληψιν ἐπεδείξατο ἐν μέσῳ καμίνου τε καὶ πυρὸς, καὶ ἐν μέσῳ λεόντων, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ τῆς τοῦ ἐχθροῦ ἁπάσης δυνάμεως ἀβλαβῆ καὶ ἀπήμονα τοῦτον διαφυλάξασα· ἵνα γνῷ καὶ αὐτὸς τὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν καὶ τὴν τῆς ἀνθρωπίνης δυνάμεως οὐδενότητα, μικρὸν ἑαυτὴν ὑποστείλασα, καὶ οἷον αὐτὸν τῆς αὐτῆς ἐνεργείας καταλείψασα· τότε δὴ πότε φόβος καὶ τρόμος ἐπιπίπτει αὐτῷ, καὶ δειλία θανάτου περιέχει αὐτόν. ἐννοούμενος γὰρ εἰς οἵων παγίδων ἐνεπεπτώκει πληθὺν, οὐδὲ τοὺς πόδας πρὸς τὴν ὁδὸν κατευθῦναι ἠδύνατο, ἀλλ' ὅλος διόλου κλονούμενος, πυκνὰ πρὸς τὰ ὄπισθεν ὑπεβλέπετο, τὴν τοῦ ξίφους τομὴν δολερῶς, ὥσπερ ἔθος αὐτοῖς, παρ' αὐτῶν αὐθωρὸν ἀπεκδεχόμενος. ὁ δὲ Σαρρακηνὸς ὡς εἶδεν αὐτὸν μήτε ἄρτον, μήτε πήραν ἐπιφερόμενον,

cor eius mutante, dimiſit illũ, viam cõmonſtrans; cum nihil aſperè aut hoſtiliter in eum egiſſet, aut dixiſſet; ſed bona etiam precatus illi eſſet, vt aiunt; verbiſq. alacritatem addidiſſet non paucis, & ad virtutem incitantibus. Vt alter ab altero digreſſus eſt; cum Dei gratia ſuo famulo defenſionem præſtitiſſet & præſidium in media fornace ignis; atque inter leones, imò verò ſerpentes & ſcorpiones, totamq. inimici potentiam ſeruaſſet illæſum & incolumem; vt agnoſceret & ipſe naturæ imbecillitatem, & nihil eſſe vires humanas; paululum ſeſe illa contraxit, & ſua quaſi vi operãte orbatum deſtituit. Tunc verò illum timor ac tremor corripere, pauorq. mortis apprehendere. Recogitans enim in quos laqueos, & quàm multos incidiſſet, & pedes ipſos ad iter dirigere non poterat; ſed omnino titubans, retro ſæpè reſpiciebat, gladio ſe per dolum, vt moris eſt ipſis, feriendum iamiam expectans. At Sarracenus cum vidiſſet eum nec panem habere, nec peram, nec vini refocillationem,

nem, acceptis panibus non quidẽ recentibus, sed ex mundissima similagine, cæpit post ipsum currere, fratrem vocãs, & vt se venientem expectaret acclamitans. Hoc maiorem illi timorem, vt par erat, & horrorem iniecit, opinatum vera se suspicione perstringi. Itaque solum hoc agebat, vt animam in manus Christi Domini commendaret. Ergo vt vidit illũ Sarracenus nimis pauitantem, & pallẽte vultu veluti mortuum, cæpit acriter increpare, & timiditatis probrum obijcere. Nos enim, inquit, de te dolemus, quod nihil honore tuo dignũ habeamus, tu verò de nobis quæ minus decet cogitas. Accipe parua hæc, quæ Deus subministrauit, & in pace tuum iter habeto.

Accepit vir Dei panes, tanquam sibi à Deo missos; & obstupescens tantam Dei de se curam ac solicitudinem, ne oculos quidẽ attollere in cælum volebat; sed veluti prę verecundia non audens intueri in Deũ, & multa cum humilitate defixos in terram oculos habens, Dauidis voces fusis
Psal. 115 lachrymis vsurpabat: Quid retri-

νον, μήτε οἴνου παράκλησιν, λαβὼν μεθ' ἑαυτοῦ ἄρτους ξηροὺς καὶ λίαν καθαρούς, ἤρξατο τρέχειν ὀπίσω αὐτοῦ, κράζων αὐτὸν ἀδελφὸν, καὶ περιμεῖναι τὴν ἄφιξιν αὐτοῦ ἐκβοῶν. ὅπερ εἰς μείζονα φόβον καὶ ἀγωνίαν, ὡς εἰκὸς, περιέβαλε τὸν νεανίαν, λογισάμενον ἀληθῆ ὑπειληφέναι ἑαυτόν· καὶ μόνον τὴν ψυχὴν παρετίθετο ταῖς χερσὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ. Τοῦτον ἰδὼν δειλανδρίσαντα ὁ Σαῤῥακηνὸς, καὶ τὰς ὄψεις ἀχρωθέντα καθάπερ νεκρὸν, ἤρξατο ἐπιπλήττειν σφοδρῶς, καὶ τὸ ἄνανδρον ὀνειδίζειν αὐτῷ. ἡμεῖς γάρ φησι λυπούμεθα περὶ σοῦ, ὅτι οὐδὲν ἔχομεν ἄξιον τῆς σῆς τιμῆς, καὶ σὺ τὰ μὴ πρέποντα λογίζῃ περὶ ἡμῶν. δέξαι ταῦτα τὰ μικρὰ, ἅπερ ἐχορήγησεν ὁ θεὸς, καὶ πορεύου ἐν εἰρήνῃ τὴν σὴν ὁδόν·

Δεξάμενος τοίνυν ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος τοὺς ἄρτους, ὡς ἐκ θεοῦ πεμφθέντας αὐτῷ, καὶ καταπλαγεὶς ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ ἀντιλήψει καὶ περιποιήσει τοῦ θεοῦ περὶ αὐτὸν, οὐδὲ τὸ ὄμμα εἰς οὐρανὸν ἐπᾶραι ἠβούλετο· ἀλλ' ὥσπερ αἰδούμενος ἀναβλέψαι πρὸς τὸν θεὸν, κάτω τὸ πρόσωπον πρὸς τὴν γῆν μετὰ πολλῆς ταπεινοφροσύνης νενευκὼς, μετὰ δακρύων τὰς τοῦ Δαυὶδ ἠφίει φωνάς· τί ἀνταποδώ-
σω σοι.

δω σοι Κύριε λέγων περὶ πάντων,
ὧν ἀνταπέδωκάς μοι μεγίστων σου
εὐεργεσιῶν; σὺ γὰρ δέσποτα ἀντε-
λάβου μου ἐκ γαστρὸς μητρός μου, καὶ
οὐ συνέκλεισάς με εἰς χεῖρας
ἐχθρῶν. μετὰ δὲ ταῦτα κρούων τὸ
στῆθος καὶ τὰς πλευρὰς αὐτοῦ, ὡσα-
νεὶ ἐπέπληττε τὴν ἰδίαν ψυχὴν,
καὶ ἔλεγεν· Εὐλόγει ἡ ψυχή μου
τὸν κύριον, καὶ πάντα τὰ ἐντός
μου τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ. εὐ-
λόγει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον, καὶ
μὴ ἐπιλανθάνου πάσας τὰς ἀνταπο-
δόσεις αὐτοῦ. ἐν τούτοις δια-
νύσαντος τὸ λοιπὸν τῆς ὁδοῦ, καὶ
λοιπὸν προσεγγίζοντος τῇ ἤδη
προλεχθείσῃ μονῇ, ὑπαντᾷ αὐ-
τῷ ἐν σχήματι ἱππέως ὁ τῶν δι-
καίων ἐχθρὸς, καὶ φησὶ πρὸς αὐ-
τόν· ποῦ πορεύῃ σὺ κληρικέ; μὴ
μοναχὸς ὑπάγεις γενέσθαι ἐν ταύ-
τῃ τῇ μονῇ; καὶ ἵνα τί οὕτως ἐπλα-
νήθης κακῶς; ὄντως κάλλιον ἠ-
δυνάσο ἐν τῷ οἴκῳ σου καθεζό-
μενος σῶσαι τὴν σὴν ψυχὴν, ἢ
εἰσερχόμενος μέσον τῶν ἀγρίων του-
των θηρῶν. ἤρξατο δὲ κατηγο-
ρεῖν τοὺς μοναχοὺς, μυρίας λοι-
δορίας ἐπιχέων τῷ ὀνόματι αὐ-
τῶν, φιλαργύρους τε καὶ κενοδό-
ξους καὶ γαστριμάργους ἀποκαλῶν·
καὶ ὅτι εἷς λέβης τοῦ μαγειρείου αὐ-
τῶν ἐχώρησεν ἄν με σὺν αὐτῷ τῷ
ἵππῳ σταθῆναι ἐν μέσῳ αὐτοῦ.
μέλλοντος δὲ τοῦ δικαίου ἀπο-

tribuam tibi Domine pro omnibus, quæ mihi retribuisti beneficijs maximis? Tu enim Domine suscepisti me de vtero matris meæ; nec conclusisti me in manibus inimici. *Psal. 118* *Psal. 30.* Post hæc tundens pectus & latera sua, obiurgabat quodammodo animam suam, aiebatque: Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. *Psal. 102* Benedic anima mea Dño, & noli obliuisci omnes retributiones eius. In his cũ reliquum itineris confecisset, iamq. esset prope monasteriũ, de quo supra diximus; fit illi obuiam equitis forma piorum hostis, & ait: Quo tu pergis clerice? nũ ad hoc monasterium, vt monachum induas? Cur in adeo fœdum errorem male raptus es? potuisses domi tuæ sedens salutem animæ facilius consequi, quàm inter has syluestres feras. Cæpitq. obtrectare monachis, & sexcenta conuicia in monasticum iactare nomen; auro, inani gloriæ, ventriq. deditos appellans: & vnius, inquit, lebetis culinæ eorum totum me stantem cum hoc equo pars media caperet. Cum ad hæc respon-

dere vellet vir sanctus, ac di-
Psal. 57. cere: Tu verò quis es, qui inquiris, & reprehendis Dei famulos? dignus enim est operarius alimonia sua: ille sicut aspis obturatis auribus rapido cursu ab eo recessit. Et sanctus Crucis signo identidē se muniens; ac deprecatus Deum, vt se ab eo præseruaret crimine, quemcūque monachum condemnādi; lætus in sanctū illud ingressus est monasterium. Cumq. venerabundus consalutasset Hegumenū & cūctos fratres, rogassetque vt sibi Dominum propitiū redderent, receptus est ab ijs vt filius & frater carissimus. & cū vidissent eum valde fessum de via, perhumaniter acceperūt appositis piscibus & vino, & ceteris quibus se reficere monachi solent. At is posthabitis pluribus, quòd minus conuenirēt statum ineuntibus religiosum, & presertim in ipso iuuentutis flore feruētibus, & Christi iugum subire volentibus, pane tantum & aqua corporis indigentiam explebat, indignum se putans ob Christi amorem vel illis vesci. Deinde Hegumenū de rebus suis certiorem facit, enarratq. oīa, & consiliū ex-

κριθῆναι αὐτῷ καὶ εἰπεῖν· σὺ τίς εἶ ὁ ἀνακρίνων καὶ μεμφόμενος τοὺς δουλεύοντας τῷ θεῷ; ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ. ἐκεῖνος βύσας τὰ ὦτα, ἀνεχώρησεν ἀπ᾽ αὐτοῦ. ὁ δὲ ὅσιος κατασφραγισάμενος ἑαυτὸν τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ, καὶ δυσωπήσας τὸν θεὸν ἐκτενῶς σκεπάσαι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ κατακρῖναι τὸν οἱονδήποτε μοναχὸν, εἰσῆλθεν εὐθύμως εἰς τὴν ἁγίαν ἐκείνην μονήν· καὶ προσκυνήσας τὸν τῆς ἡγούμενον, καὶ πάντας τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ παρακαλέσας ἵνα εὔξωνται ὑπὲρ αὐτοῦ πρὸς κύριον, προσεδέχθη παρ᾽ αὐτῶν ὡς υἱὸς καὶ ἀδελφὸς ἀγαπητός. ἰδόντες δὲ αὐτὸν κεκοπιακότα λίαν ἐκ τῆς ὁδοῦ, φιλοφρόνως ἐδεξιώσαντο αὐτὸν ἔν τε ἰχθύσι καὶ οἴνῳ καὶ τῇ λοιπῇ παρακλήσει τῶν ἀδελφῶν, καθὼς αὐτοῖς ἔθιστο. αὐτὸς δὲ τὰ πολλὰ παριδὼν ὡς ἀνοίκεια ὄντα τοῖς εἰσαγωγικοῖς, καὶ μάλιστα τοῖς σφριγῶσι τῇ τῆς νεότητος ἀκμῇ, καὶ βουλομένοις τὸν τοῦ Χριστοῦ ζυγὸν ὑπελθεῖν, ἄρτῳ μόνῳ καὶ ὕδατι τὴν χρείαν ἀπεπλήρου τοῦ στόματος, ἀνάξιον ἑαυτὸν κρατῶν διὰ τὴν ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς αὐτῶν μεταλήψεως. Εἶτα μετὰ ταῦτα ἀνατίθησι τῷ ἡγουμένῳ πάντα τὰ κατ᾽ αὐτὸν, καὶ τὸν λογισμὸν τῆς ἀφι-

ἀφίξεως αὐτοῦ, παρακαλῶν τῷ τοιούτῳ σκοπῷ ἐνδῦσαι αὐτὸν τὸ σχῆμα τῶν μοναχῶν, ὥστε μὴ πλέον τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν ποιῆσαι ἐν αὐτῇ τῇ μονῇ, ἀλλὰ τῇ αὐτοῦ βουλῇ καὶ εὐχῇ ὑποστρέψαι αὐτὸν πρὸς τοὺς ἁγίους πατέρας, οἷς ᾠκειώθη ἐν τῇ ἀρχῇ, καὶ ἀπήλειψαν αὐτὸν νουθεσίαις καὶ διδασκαλίαις πνευματικαῖς. πρὸς τούτοις ὁ μὲν ἀββᾶς ἠβούλετο ἅμα τοῦ καθιερῶσαι αὐτὸν, καὶ ἡγούμενον καταστῆσαι ἐν ἑτέρῳ μοναστηρίῳ αὐτοῦ. αὐτὸς δὲ ἀκούσας τοῦ τοιούτου λόγου, τοσοῦτον ἐφάνη αὐτῷ φορτικὸν καὶ ἀπρεπὲς, ὅτι καὶ δεξιὰς δέδωκε τῷ θεῷ τοῦ ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας, εἰ πατριάρχην βουληθεῖεν τις καταστῆσαι αὐτὸν, μηδόλως ποτὲ καταδέξασθαι οἵαν δήποτε ἀρχήν· ἀλλ' ἀρκετὸν τυγχάνειν αὐτῷ, τὸ ἐν τῇ τάξει τῶν μοναχῶν εὐαρεστῆσαι θεῷ, καὶ μὴ ὑπερφρονεῖν, παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀπολλιποῦσα τὸ σωφρονεῖν. οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις τισὶν ὅροις περιέσφιγξεν ἑαυτὸν, ὑφ' ὧν ὡς περιεκτικωτέροις καὶ κεφαλαιωδεστέροις τῶν ἀρετῶν συγκροτούμενος, τὰ λοιπὰ πάντα ἐπαινετὰ καὶ καλὰ τούτοις συνέψονται ὡς ἐν ἁλύσεσιν ἐχόμενα. ἔστι δὲ ταῦτα· τὸ φυλάξαι τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν ἁγνείᾳ καὶ καθαρότητι,

exponit ſuum cur illuc veniſſet, rogans ſibi monaſticum habitum dari ea lege, vt ne plus quadraginta dies in illo monaſterio moretur; ſed cum bona eius venia & benedictione liceat ſibi reuerti ad ſanctos Patres, quibus initio addictus eſſet, & à quibus fuiſſet inunctus admonitionibus & inſtitutionibus ſpiritalibus. At verò Abbas ſimul atque conſecraſſet illum, Hegumenum volebat præficere alteri ſuo monaſterio. Quod vt ille audiuit, adeo viſum ſibi eſt graue & indignum, vt Deo quoque ex illa hora ſpoponderit, ſe nullam prorſus ſuſcipere præfecturam, etiam ſi ad patriarchatum vocaretur; ſed ſibi ſatis eſſe, ſi in monachorum ordine Deo placeret; & non ſapere pluſquam oportet ſapere poſthabita ſobrietate. *Rom. 12. 3.* Quin & alios quoque præfixit ſibi terminos, quos tamquã plura comprehẽdentes & principaliores virtutes, cætera oĩa laudis & honeſtatis plena ſibi ijs obſtricto, tanquam annuli catenarum connexa, ſubſequerentur. Ea verò ſunt, vt corpus ſibi caſtũ purumq. ſeruaret,

uaret, iam Christo tanquã hostiã & munus oblatũ: vt auaritiã fugeret, radicem malorũ omniũ, vsque ad vnum obolũ: vt nullum monachum, aut hegumenum de suo exturbaret monasterio ad parandam sibi mansionem. Propter hæc sibi constituta & fixa dũ angelicũ sumeret habitũ, multas & maximas passus est vexationes. Vbi enim maior repugnantia, ibi semper pugna, iuxta illud: *Psal. 141.* In via hac, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi.

τητι, ὡς προσφορὰν καὶ δῶρον προσενεχθὲν τῷ Χριστῷ· καὶ τὸ ἀπέχεσθαι φιλαργυρίας, τῆς ῥίζης πάντων τῶν κακῶν μέχρι καὶ ἑνὸς ὀβολοῦ· καὶ τὸ μὴ ἐκβάλλειν μοναχὸν ἢ ἡγούμενον ἀπὸ τῆς ἰδίας μονῆς ἕνεκεν τῆς παροικίας αὐτοῦ. Τούτων ἕνεκα τῶν κανονισθέντων καὶ ὁρισθέντων αὐτῷ ὑφ᾽ ἑαυτοῦ ἐν τῇ αὐτοῦ ἀμφιάσει τοῦ ἀγγελικοῦ σχήματος, πολλοὺς καὶ μεγίστους ὑπέμεινε πειρασμούς· πρὸς γὰρ τὸ ἀντίτεινον μᾶλλον ἡ μάχη ἐστὶν κατὰ τό· ἐν ὁδῷ ταύτῃ ᾗ ἐπορευόμην, ἔκρυψαν παγίδα μοι. τῇ δὲ

Desiderantur aliqua.

λείπει.

ὄντως ἄξιος, ἀνεχώρησεν εἰς τὸ μοναστήριον, τῷ Θεῷ τὰς εὐχὰς αὐτοῦ ἀποδιδούς, καὶ τῇ χάριτι αὐτοῦ τὸ πᾶν λογιζόμενος· σφόδρα μὲν δυσχεραίνων καὶ ἀχθόμενος ἐν τῷ συνδυάζειν μετὰ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν, καὶ βλέπειν τὴν τοῦ κόσμου ματαιότητα καὶ τὸν κενὸν θόρυβον, ὁ τῶν οὐρανίων ἐπόπτης καὶ τῆς ἡσυχίας υἱὸς γνήσιος· συγκαταβαίνων δὲ καὶ ὄχλοις, καὶ ἄρχουσι συναγελαζόμενος, δεινά τε πολλὰ πάσχων καὶ κινδυνεύων διὰ τὴν τῶν ἀδικουμένων, ἢ καὶ δικαίως πολλάκις παθόντων ἀντίληψιν καὶ θερμὴν προστασίαν. ποσάκις γὰρ ὑπὲρ ἐκδικήσεως καταπονουμένης ψυχῆς ὑπὸ τῶν μὴ φοβουμένων τὸν Κύριον, πεζοπορείαν ἐστείλατο, καὶ κακοπάθειαν ὑπεδέξατο; χειμῶνος μὲν κατὰ κεφαλῆς τὸν ὄμβρον δεχόμενος, καὶ τῇ πικρότητι τοῦ ἀέρος χεῖρας τε καὶ πόδας ἀποναρκούμενος, καὶ ἅπαν τὸ σῶμα τῷ ψύχει καταπονούμενος, διὰ τὸ ἑνὶ καὶ σμικρῷ χιτῶνι περιστέλλεσθαι; θέρους δὲ θάλπει καυσούμενος, καὶ κόπῳ καὶ πείνῃ καὶ δίψει συνεχόμενος; ἅπερ ἅπαντα γενναίως ὑπέφερε διὰ τὴν ἐντολὴν τὴν λέγουσαν· Ῥῦσαι ἀπαγομένους εἰς θάνατον, καὶ ἐκπριοῦ κτεινομένους μὴ φείσῃ.

Ποτὲ

pacificorum verè dignus, secessit in monasterium, sua vota Deo reddens, & totũ quod fiebat eius gratiæ tribuens. & ægerrimè quidem ferebat, dolebatq. commercium cum operantibus iniquitatem, eo quod videret mundi vanitatẽ, & inanem turbam, rerum ille cælestium inspector, & germanus sacræ quietis filius; demittebat tamen sese etiam ad populorum tumultus, & cum principibus agebat, multa sustinens incommoda & pericula, vt ferret opem & præsens auxilium siue inique, siue etiam iuste mali quippiam sufferentibus. Quoties, vt patrocinium susciperet oppressæ à non timentibus Dominum animæ pedester confecit iter, & mala perpessus est? hyberno quidem tempore imbres capite sustinens, & aeris asperitate manuũ pedumq. stuporẽ ferẽs, totoq. corpore rigẽs, propterea quod vna, eaque parua tunica vtebatur: æstate vero caloribus ardens, labore, fame & siti male habitus? Quæ omnia fortiter perferebat ob præceptũ illud; Erue eos, qui Pro. 24. 11
ducuntur ad mortem; & qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses.

Nam cum aliquando ter beatus Pater pergeret ad ferendum fratri cuidam subsidium patienti ab iniquis iniuriam, coactus fuit à patribus pedes sibi contegere vilissimis pellibus ad vim summi frigoris arcendam. Cum vero lignum maximum iaceret in via, qua transeundum erat B. Patri, statim atque pedem super illud posuit, hostili dæmonis opera factum est, vt lubrico pedum abreptus laberetur, & ligno crus offendente vulnus infligeretur intolerabile; & beatus Pater deliquiũ passus præ dolore & frigore & sanguinis defluxu putaret se deficere animam, & finem expectaret. Itaque phylacterium, quod semper gestabat, è sinu trahens (erat autẽ libellus, noui testamẽti thesaurus) oculis, & labijs, & pectori illud admouit; dictoq. In manus tuas Domine commendo spiritum meum; paululum obdormiuit, vel potius defectum animi passus est. Apparuit verò illi Angelus confortans eum, ponensq. in ore eius quippiam instar mellis dulce. Statim ergo sese erigens, lætiorq. effectus, alacrius iter

quam

Ποτὲ γὰρ πορευόμενος ὁ τρισόσιος εἰς ἐκδίκησιν τινὸς ἀδελφοῦ παρὰ τῶν ἀδίκων ἀδικουμένου, ἠναγκάσθη ὑπὸ τῶν πατέρων περιθεῖναι τοῖς ποσὶν αὐτοῦ εὐτελῆ δέρματα, διὰ τὸ πάγος καὶ τὸ ψῦχος εἶναι σφοδρότατον. κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν κειμένου ξύλου μεγίστου, δι' οὗπερ τὴν πάροδον ἔμελλε ποιεῖσθαι ὁ ὅσιος, ἐν τῷ τὸν πόδα αὐτοῦ ἐπάνω τοῦ ξύλου τεθεικέναι, τῇ τοῦ ἐχθροῦ συνεργίᾳ ὄλισθος μὲν τῇ τῶν δερμάτων γλισχρότητι περιγίνεται, ἐπελθὸν δὲ τῷ σκέλει τὸ ξύλον πληγὴν ἀφόρητον κατεργάζεται· ὥστε λειποθυμήσαντα τὸν μακάριον ὑπό τε τοῦ πόνου καὶ τοῦ κρύους καὶ τῆς τοῦ αἵματος καταρρεύσεως ἀπολέγεσθαι τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ τέλος ἐκδέχεσθαι. ἐκβαλὼν δὲ ἀπὸ τοῦ κόλπου αὐτοῦ ὅπερ ἀεὶ ἐβάσταζε φυλακτήριον· τοῦτο δὲ ἦν πυκτίον, τῆς νέας διαθήκης τυγχάνον θησαύρισμα· καὶ τοῦτο τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ τοῖς χείλεσι καὶ τῷ στήθει περιβαλὼν, καὶ εἰπών· Κύριε εἰς χεῖρας σου παρατίθημι τὸ πνεῦμα μου· μικρὸν ἀπενύσταξεν, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ὠλιγοθύμησεν. ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος ἐνισχύων αὐτὸν, καὶ τιθεὶς ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ ὥσπέρ τι μέλι γλυκάζον. παραυτίκα γοῦν ἀναστὰς, καὶ γενόμενος ἐν εὐθυμίᾳ, εὐτονώτερον τὴν

ὁδὸν

ὁδὸν ἢ πρότερον ἐπορεύετο, τῇ τοῦ ὀφθέντος ἀντιλήψει καὶ τοῦ αἵματος σταθέντος, καὶ τοῦ πόνου λωφήσαντος. ἔλεγε δὲ ὁ θεσπέσιος, ὅτι πολλάκις μὲν ᾐσθόμην ἐν πολλοῖς πράγμασιν Θεοῦ ἀντιλήψεως, ὡς δὲ τότε, οὐδέποτε οὕτω ταχείας καὶ μεγίστης καὶ πλήρους παρακλήσεως. ἐνταῦθα γὰρ δεῖ προσθεῖναι τό· ὅταν πέσῃ, οὐ καταῤῥαχθήσεται, ταχέως ἀνορθωθήσεται· παρὰ Κυρίου τὰ διαβήματα ἀνθρώπου κατευθύνοντος, καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θέλοντος. Ταύτην οὖν τὴν παρὰ τοῦ μακαρίου βοήθειαν τοῖς ἀνθρώποις χορηγουμένην ψυχικῶς τε καὶ σωματικῶς ὁρῶν ὁ τῶν δικαίων ἐχθρὸς, καὶ πᾶσι βασκαίνων τοῖς ἀγαθοῖς, ἐσπούδαζεν εἰ δυνατὸν ἦν αὐτῷ, πᾶσαν τὴν δόξαν καὶ τὸν πλοῦτον τοῦ κόσμου συναγαγεῖν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, καὶ ἀμβλυωπῆσαι αὐτὸν μὲν ἀπὸ τῆς τῶν ἀρετῶν θεωρίας, στερῆσαι δὲ τὸν κόσμον τῆς παρ᾽ αὐτοῦ ὠφελείας. πολλοὶ γοῦν τῶν κατερχομένων ἀρχόντων πλήθη χρημάτων προσφέροντες αὐτῷ, τὴν οἰκονομίαν τῶν μετ᾽ αὐτοῦ ἀδελφῶν, καὶ τὴν προστασίαν τῶν πτωχῶν προεβάλλοντο· ὁ δὲ ὥσπερ σκύβαλα ἀποστρεφόμενος ταῦτα, ἔλεγε τοῖς ἄρχουσιν· ὅτι οἱ μὲν ἀδελφοὶ παρὰ τοῦ Δαβὶδ μακαρίζονται, εἴπερ

quam antea faciebat; cũ eius, qui sibi apparuerat, ope & fluxus sanguinis stetisset, dolorq. abijsset. Aiebat autem vir eximius, expertum sæpe se fuisse Dei subsidium multis in rebus, numquam tamen ita præsentaneum & magnũ & plenum tanto cum refrigerio. Huc enim spectat illud; Cum ceciderit, nõ collidetur; Ps.36. 25.
citò resurget, Domino dirigẽte gressus hominis, & viam eius volente. Videns porro piorum hostis, & in bonos inuidia æstuans, quantum auxilij ferret beatus Pater tum animabus, tum corporibus hominum, studebat si quo modo posset totam mundi gloriam & opes subijcere ipsius oculis, vt hebetiorem redderet eorum aciem ad spectandam virtutem; priuaret vero mundum vtilitate, quæ per illum fiebat. Multi profecto Principum, qui adueniebant, magnam pecuniæ vim illi offerebant prætextu necessitatis fratrum, qui cum eo degebant, & alimoniæ pauperum. Ille vero hæc vt stercora ne respiciens quidẽ, aiebat offerentibus: Fratres à Dauide beatos dici, si labores Psal.127.2.

manuum ſuarum comedant,& 1. Tim. 5. peccatis alienis non communicent. pauperes vero de vobis quidem, ait, cõquerentur, detinentibus quæ ſunt illorum; me verò laudabũt, vt nihil habentẽ & omnia poſſidentem.

Eunuchus Cubicularius cũ Roſsanũ eſſet olim ingreſſus, nec vidiſſet ad ſe accurriſſe Patrem; norat vero illum ſolo famæ rumore; miratus dicebat ad eos, qui præſentes aderãt: Vbi moratur Nilus monachus? & qua ratione nõ venit ad me cum omnibus hegumenis audito meo aduentu? ita enim nec ipſe Patriarcha mecũ agere auſus eſſet, vt iactãter aduentũ meũ contempſiſſe videretur. Ad hæc illi: Monachus iſte, de quo tua loquitur excellẽtia, nec Patriarcha eſt, nec Patriarchã timet, ſed nec ipsũ cũctis formidabilẽ Imperatorem. Sedet autem vna cum paucis monachis in monte, nullius ope indigens. Nam neque amplis finibus continetur, nec iumentorum copia deuinctus eſt: vnde nec vllam cum vllo homine controuerſiam habet. Vnicornis hic eſt, animal liberè ſibi viuens. & ſi illum volueris cum poteſtate

τοὺς πόνους τῶν χειρῶν αὐτῶν φάγωνται, καὶ ἀλλοτρίαις ἁμαρτίαις μὴ κοινωνήσωσιν. οἱ δὲ πτωχοὶ καθ' ὑμῶν μὲν κεκράξονται, ὡς τὰ τούτων κατεχόντων· ἐμὲ δὲ θαυμάσονται, ὡς μηδὲν ἔχοντα, καὶ τὰ πάντα κατέχοντα.

Εὐνοῦχος ὁ Κοιτωνίτης εἰσελθὼν ποτε ἐν τῷ Ῥυσιάνῳ, καὶ ἰδὼν τὸν μακάριον μηδαμῶς αὐτῷ προσδραμόντα· ἠπίστατο γὰρ αὐτὸν ἐκ μόνης τῆς φήμης· ἔλεγε θαυμάζων πρὸς τοὺς παρόντας· ποῦ κάθηται Νεῖλος ὁ καλόγηρος; καὶ πῶς οὐ προσῆλθέ μοι μετὰ πάντων τῶν ἡγουμένων, ἀκούσας τὴν ἐμὴν ἄφιξιν; τοῦτο γὰρ μηδ' αὐτὸς ὁ πατριάρχης ἐτόλμησεν ἂν ἐμοὶ καυχήσασθαι, καὶ καταφρονῆσαι τῆς ἐμῆς ἐλεύσεως. οἱ δὲ παρεστῶτες αὐτῷ ἀπεκρίναντο· οὗτος ὃν ἔφη ἡ σὴ ἐνδοξότης, ὁ καλόγηρος οὔτε πατριάρχης ἐστὶν, οὔτε πατριάρχην φοβεῖται, ἀλλ' οὐδ' αὐτὸν τὸν πᾶσι φοβερὸν βασιλέα. κάθηται δὲ ἅμα ὀλίγοις μοναχοῖς ἐν τῷ ὄρει, μὴ δεόμενος τινὸς ἀντιλήψεως. οὔτε γὰρ πλάτει ὁρίων συνέχεται, οὔτε πλήθει βοσκημάτων συνδέδεται. διὸ οὐδ' ἀμφιβολίαν κέκτηται πρός τινα. μονόκερως ἐστὶν οὗτος, ζῶον αὐτόνομον· καὶ εἰ θελήσῃς αὐτὸν μετ' ἐξουσίας ἀγαγεῖν,

adducere, numquam poteris

γεῖν, οὐδέποτε δυνήσῃ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ κατιδεῖν. ταῦτα ἀκούσας ὁ Κοιτωνίτης, καὶ ἐπὶ πλεῖον τὸν ἄνδρα θαυμάσας, γράφει αὐτῷ ἐπιστολὴν δυσωπητικὴν, συμπλέξας αὐτῇ καὶ ὅρκοις φρικτοὺς, ἵνα εἴτε πρὸς αὐτὸν ἐξερχομένῳ μὴ ἀποκρύψῃ ἑαυτὸν ἀπ' αὐτοῦ, εἴτε καταξιώσῃ ἐν τῷ κάστρῳ εἰσελθεῖν καὶ εὐλογῆσαι αὐτὸν, καὶ πάντας τοὺς σὺν αὐτῷ. ὁ δὲ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν Νεῖλος τὸ μὲν διὰ τοὺς γεγραμμένους ὅρκους, τὸ δὲ ἵνα πάλιν ὁ ἄρχων αὐτῷ ὑπακούσῃ ἐν τῇ περὶ τῶν πτωχῶν παρακλήσει, καταλαμβάνει τὸ κάστρον, καὶ πρὸς τὸν Κοιτωνίτην εἰσῆλθεν. ὁ δὲ θεασάμενος σχῆμα καὶ πρόσωπον προφητικὸν, μᾶλλον δὲ ἀγγελικὸν, προσεκύνησεν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ· καὶ κρατήσας αὐτὸν τῆς χειρὸς, εἰσῆλθον ἄμφω ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ. κελεύσας δὲ ἕνα τῶν πιστοτάτων αὐτῷ τὸ εὐαγγέλιον ἐνεγκεῖν, λέγει τῷ μακαρίτῃ· Ἐπειδὴ ἅγιε πάτερ τῇ τοῦ ψεύδους ὑπολήψει τὸ ἄπιστον προσγίνεται τοῖς ἀνθρώποις, θέλω σοι ὀμόσαι πρὸς πληροφορίαν τῶν παρ' ἐμοῦ ἐπαγγελομένων σοι. ὁ δὲ πατὴρ πρὸς αὐτόν· τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου ἀποφαντικῶς ἐντελλομένου καὶ λέγοντος· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως· ἤτω δὲ ὑμῶν ὁ λόγος, ναὶ ναὶ, καὶ

τὸ

faciem illius videre. Cum hæc audiſſet Cubicularius, multo magis admiratus eſt beatum virum; epiſtolamq. ſupplicem ad eum dedit, adiurans etiam horrendis verbis, vt vel ſibi ad eum profecto ſe non ſubtraheret; vel certè non dedignaretur venire in oppidum, & benedictionem ſibi ſuisq. omnibus impertiretur. At S. Pater Nilus, tùm quia adiuratus erat, tùm vt & ipſe Principem ſibi ad auſcultãdum paratiorem redderet pro pauperibus roganti, venit in oppidũ, & acceſsit ad Cubicularium. Ille habitum & faciem intuitus propheticã, imo verò angelicã, procidit ad pedes eius; & manu eius præhenſa ſimul ingreſſi ſunt cubiculum. tunc præcepit cuidam ex fideliſſimis ſibi, vt afferret librum Euangelij, aitq. ad ſanctum. Quoniam beate Pater, ſuſpicio mendacij facit, vt homo homini fidem non præſtet; iuramento tibi firmabo, quæ promiſſurus ſum. & ſanctus Pater ad ipſum: Cum ſacrum Euangelium certa ſententia pronuntiet; Ego autem dico *Mat. 5. 34.* vobis non iurare omnino: Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt;

non,

non,non. Quod autē his abū-
dantius eſt, à malo eſt: cur fi-
de minus dignam excellentiā
tuā oſtendere ſtudes, & exor-
dium colloquij noſtri ponere
iniquitatem? Omnis enim,
qui facilis eſt ad emittenda
vera iuramenta, velox etiam
eſt ad mentiendum: & cōtra.
Ad quem Cubicularius: Iuſtū
eſt beatiſsime vir, nec vobis
Dei ſeruis quemquam menti-
ri; nec vos fidem non habere
ijs, qui fideliter dicunt quod
ſibi videtur. Rogo igitur, vt
audiens fidē meis verbis tri-
buas. Nullus mihi eſt conſan-
guineus in hac vita, niſi ma-
ter inualida, quæ me materno
affectu proſequitur. Diuitijs
porro multis & poſſeſsione
abundo plurima: mancipiorū
eſt mihi copia, & iumentorum
innumerabilis multitudo. Hęc
igitur omnia Deo dicare co-
gitaui, vt ſacram domum Mo-
nachis conſtruam, ſi Deus cor
ſāctitatis tuæ tetigerit, & me-
cum Conſtantinopolim vene-
ris; vt per ſacras tuas manus
ego & mater mea induamur
angelico habitu. Facerem
vero, vt ſicut modo mecum,
ita cum ſacris conſideres Im-
peratoribus. Verba hæc mellis & picis plena cum audiſſet il-

τὸ οὒ οὔ· τὸ δὲ περισσὸν τού-
των ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν· διατί ἀ-
πιστίας ὑπόθεσιν ἀποδείξας περιθεῖ-
ναι τῇ σῇ ἐνδοξότητι, καὶ ἀπὸ πα-
ρανομίας τὴν συντυχίαν ἀπαρ-
ξασθαι; πᾶς γὰρ ὁ ἕτοιμος εἰς εὐορ-
κίαν, ταχὺς εἰς ψευδολογίαν, ὥς-
περ καὶ τὸ ἀνάπαλιν. ἀπεκρί-
νατο ὁ Κοιτωνίτης· δίκαιόν ἐστιν
ὁσιώτατε μήτε ὑμῖν τοῖς τοῦ Θεοῦ
δούλοις τινὰ ψεύδεσθαι, μήτε ἡμῖν
ἀπιστεῖν τοῖς μετὰ πίστεως τὰ δόξαν-
τα λέγουσιν. λοιπὸν οὖν ἀκούων
παρακαλῶ τοῖς λόγοις μου πί-
στευε. οὐκ ἔστι μοι τὶς προσγενὴς
ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἀφ᾽ αἵματος, εἰ
μὴ μόνον μήτηρ ἀδύνατος, τὸ εἰς
ἐμὲ φίλτρον στέργουσα· ὑπάρχει
δέ μοι πλοῦτος πολὺς καὶ κτῆσις
ἄπειρος, ἀνδραπόδων πλῆθος, καὶ
βοσκημάτων ἑσμὸς ἀναρίθμη-
τος. ἐλογισάμην οὖν ταῦτα πάν-
τα τῷ Θεῷ προσηλῶσαι, μονα-
χῶν φροντιστήριον συστησάμενος,
εἴπερ κατένυξεν ὁ Θεὸς τὴν ἁγιω-
σύνην σου, καὶ ἐν τῇ Κωνσταντινου-
πόλει συνέρχου μοι, ὅπως διὰ τῶν
ἁγίων σου χειρῶν ἐγώ τε καὶ ἡ τε-
κοῦσα τὸ ἀγγελικὸν σχῆμα ἐνε-
δυσάμεθα. Ἐποίουν δέ σε ὡς νῦν
μετ᾽ ἐμοῦ, οὕτω τοῖς ἁγίοις βα-
σιλεῦσι συγκαθεσθῆναι. Ταῦτα τὰ
μέλιτος καὶ πίσσης ἀνάπλεα ῥή-
ματα

ματα ὁ τῆς διακρίσεως λύχνος ἐκεῖνος ἀκούσας οὐ συνηρπάγη τοῖς ὑψηλοῖς ἐπαγγέλμασι τούτοις, ἀλλ' ἡσυχῆ τὴν χεῖρα βαλὼν ἐν τῷ στήθει, ὅπερ αὐτῷ ἀεὶ ἔθος ὑπῆρχε, καὶ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ ποιησάμενος, τῷ Κοιτωνίτῃ ἀπεκρίνατο· Ὁ μὲν σκοπὸς τῆς ὑμετέρας θεοφιλίας τε καὶ συνέσεως εὐκλεὴς, καὶ θεῷ εὐπρόσδεκτος. πρὸς τοῦτον γὰρ ἐνάγων ἡμᾶς ὁ σωτὴρ, παραβολικῶς ἔφησεν· ὅτι ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν ἀγρῷ, ὃν εὑρὼν ἄνθρωπος ἔκρυψε, καὶ ἀπὸ τῆς χαρᾶς ὑπάγει καὶ πωλεῖ πάντα ὅσα ἔχει, καὶ ἀγοράζει τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον. ἐμοὶ δὲ ἀσύμφορόν ἐστι καταλείψαντα τὴν ἐρημίαν καὶ τοὺς συγκακοπαθοῦντάς μοι πτωχοὺς, ἀνὰ τὰς πόλεις ἀλᾶσθαι, καὶ ἀναδέχεσθαι φροντίδας πραγμάτων. μὴ γὰρ ἐξέλιπον ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως μοναχοὶ καὶ ἡγούμενοι, ἵνα δι' ἐμοῦ κουρευθῶσιν οἱ ἐκεῖσε ἀποτασσόμενοι; εἰ δὲ καὶ ὅλως προτιμᾶς τὴν ἐμὴν οὐθενότητα, κατάλαβε τὴν ἐσχατιὰν ἐν ᾗ καθεζόμεθα, καὶ μεθ' ἡμῶν τὴν τεθλιμμένην ὁδὸν διάνυε. οὐδέποτε γὰρ δυνήσῃ πτωχὸς γενέσθαι τῷ πνεύματι, πρὶν παντελῶς πτωχεύσῃς τῷ σώματι· ὅπερ γινώσκων κατώρθωσεν ὁ ἐν ἁγίοις Ἀρσένιος. τὰ δὲ σὰ πάντα κατάλιπε τῇ ἐξου-

σία

la diſcretionis lucerna, non fuit illectus tam amplis promiſſis, ſed manum quietè ad ſinũ admouens, vt ſemper illi moris erat, & ſigno Crucis ſe ſe conſignans, reſpondit Cubiculario. Tuæ quidem pietatis prudentiæq. intentio præclara, Deoq. pergrata eſt: ad hanc enim nos inuitans Saluator, aiebat per parabolam: Simile eſt regnum cælorum thesauro abſcondito in agro, *Matt. 13. 44.* quẽ qui inuenit homo abſcondit, & præ gaudio vadit, & vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum. Sed mihi non eſt vtile relinquere ſolitudinem, & pauperes qui mecum aſperam degunt vitam, & vagari per vrbes, & curas negociorum ſuſcipere. An forte Conſtantinopoli deſunt Monachi & Hegumeni, vt à me tõdeantur, qui ibi mundo renunciant? Quòd ſi omnino tenuitatem meã præfers, confer te in ſeceſſum, in quo ſedes noſtra eſt, & arctã cõtice nobiſcum viã. nõ enim poteris fieri pauper ſpiritu, ni prius omnino fias pauper corpore. Quod ſciens Angelorũ nũc cõtubernalis Arſenius egregiè præſtitit. Tua vero omnia relinque

Agg.2.9. potestati eius, qui dixit: Meũ
est argentum,& meum est au-
Luc.14.33 rum. &, Siquis non renunciat
omnibus quæ possidet,nõ po-
test meus esse discipulus. Ad
hæc non acquiescente Cubi-
culario,sed fieri quod ipse vo-
lebat adnitente, reliquit eum
B.Pater,& abijt. Eunti igitur
cum Dauide propheta, & ad
suum reuertenti Monasteriũ,
dum versiculum illum recita-
Psal.41. ret:In via hac qua ambulabã,
absconderunt laqueum mihi;
obuiam fit ei puella quædam
sola in media via;quæ præcur-
rens ante ipsum proiecit se
transuersam,cum deflectere
alio non liceret B.Patri.Tunc
beatus vir spiritalem assumẽs
fortitudinẽ, & Satanæ dolum
agnoscens, percutit quidem
ipsam baculo, quem in manu
habebat,acriter minatus; resi-
lijt verò velociter nulla inter-
Prou. 4. posita mora, iuxta Prouerbiũ,
& abijt. Et ex eo tempore
statutum habuit, vt nec sibi,
nec fratrum cuipiam solis ire
permitteret. Melius enim est,
inquit,duos esse quàm vnum:
Eccl.4.9.10. &,Væ soli,quia cum ceciderit,
non habet subleuantem se.
In his omnibus contra aduer-
sarium B. Pater noster Nilus cum se victorem per Deum, qui
dile-

σία τοῦ φήσαντος· ἐμόν ἐστι τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον· καὶ, ὅς τις οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής. Πρὸς ταῦτα τοῦ Κοιτωνίτου ἐνισταμένου, καὶ τὸ ἴδιον θέλημα γενέσθαι φιλονεικοῦντος, καταλιπὼν αὐτὸν ὁ μακάριος ἐξῆλθεν. Καὶ δὴ πορευομένῳ σὺν Δαβὶδ τῷ προφήτῃ, καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον ὑποστρέφοντι μοναστήριον, ἐν τῷ λέγειν αὐτόν· ἐν ὁδῷ ταύτῃ ᾗ ἐπορευόμην, ἔκρυψαν παγίδα μοι· ὑπαντᾷ αὐτῷ κατὰ μέσην τὴν ὁδὸν μία κόρη μοναχὴ ἥτις προσδραμοῦσα ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ἔρριψεν ἑαυτὴν ἐν στενῇ διαβάσει, ἐν ᾗ οὐκ ἦν ἄλλοθεν διέρχεσθαι τὸν μακάριον. τότε ὁ θεῖος ἀνὴρ πνευματικὴν ἀνδρίαν ἀναλαβὼν, καὶ τὸν δόλον τοῦ σατανᾶ ἐπιγνοὺς, τύπτει μὲν αὐτὴν τῇ βακτηρίᾳ τῆς χειρὸς αὐτοῦ ἐμβριμησάμενος, ἀπεπήδησε δὲ ταχέως μὴ ἐγχρονίσας κατὰ τὴν παροιμίαν, καὶ ᾤχετο. ἔκτοτε τοίνυν συνεῖδεν, μήτε ἑαυτῷ, μήτε οἱῳδήποτε τῶν ἀδελφῶν κατὰ μόνας ἐπιτρέπειν πορεύεσθαι· ἀγαθοὶ γάρ φησιν οἱ δύο ὑπὲρ τὸν ἕνα· καὶ, οὐαὶ τῷ ἑνὶ, ὅτι ἐὰν πέσῃ, οὐκ ἔστιν ὁ ἐγείρων αὐτόν. Ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικήσας ὁ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν Νεῖλος

τὸν

τὸν ἀντικείμενον διὰ τοῦ ἀγαπή-
σαντος αὐτὸν Θεοῦ, καὶ δόκιμος
παλαιστὴς ἀναδειχθεὶς ἔν τε τῇ τῆς
πείνης ὑπομονῇ, καὶ τῇ τῶν ἐκ λί-
θων ἀρτοποιήσεως προσβολῇ·
πρὸς τούτοις τῇ τοῦ παντὸς κό-
σμου δόξῃ, καὶ τῇ τῶν χρημάτων
ἀποστροφῇ, δι᾽ ὧν τις πίπτων τῷ
πειραστῇ προσκυνεῖ· καὶ ταῦτα
οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις· καὶ
ἐν ἑτέροις πλείστοις πειρασθεὶς καὶ
νικήσας πολυμερῶς τε καὶ πολυ-
τρόπως· ἔδει δὲ αὐτὸν καὶ ἐν τῷ
πτερυγίῳ τοῦ ἱεροῦ ἀκολούθως
δοκιμασθῆναι, εἴγε καταδέξοιτο
διὰ τούτου καταβληθῆναι· ὅρα
πῶς μιμητὴς ἀνεδείχθη κἂν τού-
τῳ τοῦ δεσπότου καὶ διδασκάλου.

Ἐν ἐκείναις γὰρ ταῖς ἡμέραις τε-
λευτήσαντος τοῦ ἀρχιερατεύοντος
ἐν τῷ Ρυσιάνῳ, ἑτέρου δὲ ζητου-
μένου τοῦ δυναμένου τὸν τόπον
ἀναπληρῶσαι, μιᾶς γνώμης γε-
γόνασι πάντες μικροί τε καὶ με-
γάλοι, τοῦ ἀπροσδοκήτως περι-
κρατεῖς γενέσθαι τοῦ θεσπεσίου
πατρὸς, καὶ βίᾳ τοῦτον τῷ θρόνῳ
τῆς ἐκκλησίας ἐγκαθιδρῦσαι, ὡς
ἅτε βίον ἔχοντα ὑπὲρ λόγον, καὶ τὸν
λόγον ἐφάμιλλον κεκτημένον τῷ
βίῳ. τοῦτο τοίνυν βουλευσαμέ-
νων, καὶ ὁρμησάντων ἀρχόντων τε
καὶ τῶν ἐξόχων τοῦ κλήρου πρὸς
τὸ πληρῶσαι τὸ δόξαν, προ-
λαμβάνει τις, καὶ τῷ πατρὶ ἀναγ-

γέλλει

dilexit illum: & probatum pugilem præbuisset, & in ferenda fame, & in tentatione mutandorum lapidum in panes, necnon spernenda totius mundi gloria & pecunia; per quæ qui labitur, tentatorem adorat: victorq. non semel extitisset, sed sæpè, & in alijs plurimis tentationibus, quas multifariam multisq. modis passus est; oportebat sanè illum in pinnaculo quoque tẽpli postremo probari, si in eo se vellet deorsum mittere. In quo vide, quàm benè Dominum ac magistrũ sit imitatus.

Per illud tempus defuncto Rossani Præsule, quærebatur qui ad succedendum idoneus esset. Ergo omnes à paruo vsque ad magnum vno consensu cõspirarunt, vt beatum Patrem nihil tale opinantem tenerent, & per vim ecclesiastica in sede collocarent; quippe qui vitam ageret, quam sermo exprimere non valeat, & sermonẽ haberet vitæ respondentem. Cum hoc cepissent consilij, primoresq. populi & clerici digniores tenderent, vt executioni mandarent quod statuerant; præcurrit quidam, remq. Patri denuntiat: puta-

bat enim se illi gratum fore & acceptissimum, si tantæ rei existeret nuntius. Nec certè illum fefellit opinio: gratijs enim illi magnus Pater actis & tunc & postea, dimisit in pace; iussitq. illi dari quoddã munusculum. Ipse vero in mentem reuocans, quod in sa-
Ioan.6.15 cro legitur Euangelio: Cum cognouisset Iesus, quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent Regem, fugit solus in montem: secedit pariter in interiorem montem cum vno tantum fratre, subtrahens se tantisper, dum laberetur illud consilium. At Sacerdotes, & viri nobiles profecti in monasterium, studiose perquirebãt; & irritum videntes cõsilium, valde gemebant. Vt verò diutius expectãtes nihil agebãt: facilius enim erat vnicornem, quàm illũ præhendere: reuersi sunt domum, & alium sibi præsulem elegerunt. At sanctus Pater exultans in Domi-
Ps.72.23. no, cũ propheta canebat: Tenuisti manum dexteram meã, & in voluntate tua deduxisti me, & cũ gloria suscepisti me.
Ps.37.9. Quid enim mihi est in cælo, & præ-

γέλλειν τὸ πρᾶγμα, προσδοκῶν ἐν τούτῳ αὐτῷ προσαρέσκειν, καὶ τὰ μέγιστα χαρίσεσθαι, ὡς τοιούτου αὐτῷ πράγματος ἀγγέλου γεγενημένου. καὶ μέντοιγε τοῦ σκοποῦ οὐ διήμαρτεν· ἐπευχαριστήσας γὰρ αὐτῷ ὁ μέγας καὶ τότε καὶ ὕστερον, ἀπέλυσεν ἐν εἰρήνῃ, κελεύσας αὐτῷ δοθῆναι καί τινα εὐλογίαν. αὐτὸς δὲ μελετήσας τὸ ἐμφερόμενον ἐν τῷ ἁγίῳ εὐαγγελίῳ τό· Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς, ὅτι μέλλουσιν ἔρχεσθαι, καὶ ἁρπάζειν αὐτὸν, ἵνα ποιήσωσι βασιλέα, ἀνεχώρησε μόνος εἰς τὸ ὄρος· ἀναχωρεῖ γοῦν καὶ οὗτος ἐπὶ τὸ ἐνδότερον ὄρος μετὰ ἑνὸς ἀδελφοῦ καὶ μόνον, ἀποκρυβόμενος μικρὸν ὅσον ὅσον, ἕως ἂν παρέλθῃ ἡ βουλὴ ἐκείνη. Καταλαβόντες δὲ τὸ μοναστήριον οἱ ἱερεῖς σὺν τοῖς ἄρχουσι, καὶ πολλὰ γυρεύσαντες καὶ ζητήσαντες, τὰ μέγιστα ἔστενον ἀστοχήσαντες τοῦ βουλεύματος. ὡς δ' ἐπὶ πλεῖον καρτερήσαντες οὐδὲν ἤνυον· εὐκοπώτερον γὰρ μονοκέρωτος ἢ ἐκείνου περιγενέσθαι· ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια, ἑτέρῳ τὴν προστασίαν ἐγχειρισάμενοι. ὁ δὲ ὅσιος ἀγαλλόμενος ἐπὶ τῷ Κυρίῳ σὺν τῷ προφήτῃ ἀνέμελπεν· ἐκράτησας λέγων, Κύριε τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς μου, καὶ ἐν τῇ βουλῇ σου ὡδήγησάς με, καὶ μετὰ δόξης προσελάβου με. τί γάρ μοι ὑπάρχει ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ πλὴν σοῦ

τί ἠθέ-

τί ἠθέλησα ἐπὶ τῆς γῆς; ἐναντίον σου γὰρ πᾶσα ἡ ἐπιθυμία μου Κύριε· καὶ σὺ ἐπίστασαι, ὅτι ἡμέραν ἀνθρώπου οὐκ ἐπεθύμησα. τῷ τοιούτῳ γοῦν φρονήματι ὁ μακάριος παρεῖδε τὸ μικρὸν τοῦ βίου τούτου δοξάριον, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην τιμὴν ἐβδελύξατο· νυνὶ δὲ κατέστησεν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐπάνω δέκα πόλεων, ὡς ἀψευδῶς ἐπηγγείλατο. οὐδὲ γὰρ διότι τὴν ἱερωσύνην οὐ κατεδέξατο, τὸ τάλαντον οὐκ ἐπολυπλασίασεν· πλείω γάρ εἰσιν οἱ σωθέντες διὰ τῆς διδασκαλίας τοῦ στόματος αὐτοῦ ἔν τε τῷ κοινοβίῳ, καὶ ἐν τῷ μοναδικῷ, ἢ οὕσπερ ἐκεῖνο τὸ ἄστυ συγκλείει οἰκήτορας.

Ἐρχόμενός ποτε ὁ μητροπολίτης Βλάττων ἀπὸ ἀφρικῆς μετὰ πολλῶν αἰχμαλώτων, διὰ τὸ προσκεῖσθαι αὐτῷ ἕως καιροῦ τὸν τῶν Σαῤῥακηνῶν βασιλέα, ἐν προφάσει τοῦ ἀδελφὴν αὐτοῦ εἶναι τὴν γαμετὴν ἐκείνου, ὅπερ οὐκ ἦν· παρέβαλε τῷ αἰγιαλῷ Ῥυσιάνου, καὶ δυσωπητικῶς τὸν μακάριον μετεπέμψατο, ἐπιθυμῶν ἀκοῦσαι παρ᾽ αὐτοῦ τὰ δέοντα, καὶ τὰς εὐχὰς αὐτοῦ καρπώσασθαι. μετὰ δὲ τὸ θαῤῥῆσαι αὐτῷ τὸν ἀρχιεπίσκοπον ἅπαντα τὰ αὐτοῦ ἐγκάρδια καὶ διαβούλια, λέγει αὐτῷ ὁ μακάριος· ἄκουσόν μου δέσποτα τῆς συμβουλίας, καὶ μηκέτι ὑποστρέψῃς πρὸς τὰ τῶν ἐχιδνῶν γεννήματα.

pręter te quid volui super terram? nam ante te est omne desiderium meũ Domine. &, Tu scis, quia diem hominis *Hier. 17. 16.* non desideraui. Hoc sensu vir beatus contempsit paruã huius vitæ gloriolam, & honorẽ humanũ abominatus est; nunc autem cõstituit eum Deus super decẽ ciuitates, vt veraciter *Luc. 19. 17* ꝓmisit. Neque enim quia nõ suscepit sacerdotiũ, nõ multiplicauit talentũ: nam plures sũt, qui per doctrinã oris eius in cœnobio & solitaria vita salutẽ consecuti sunt, quàm ciues, quos oppidũ illud habet.

Vlatto Metropolita olim ex Africa veniens cum multis captiuis, eo quod amicus illi esset quodam tempore Sarracenorũ Rex, quod Regis vxor esset Metropolitæ soror, licet re vera non esset; appulit ad littus Rossani, & precibus egit, vt vocatus ad eum beatus Pater accederet: cupiebat enim audire ab eo quæ opus erant, & orationum eius fructum percipere. Vbi ergo Archiepiscopus aperuisset ei cũcta sui cordis consilia, dixit ad eum Pater: Audi Reuerendissime cõsilium meum, nec amplius reuertere ad viperarum geni-

genimina. nã poſt multas blã-
ditias & honores tuũ ebibent
ſanguinem, gladio te perimen
tes. De pace autem Calabriæ
ne labores, nec preces effun-
das; hoc enim vniuerſorum
Domino nõ placet. Tunc fra-
tris Metropolitæ filius; Vides,
inquit, ſancte Pater, quot ani-
mas Reuerendiſſimus libera-
rit? Reſpondit ſanctus; Non
animas, ſed corpora liberauit.
Prodeſt autẽ pluribus & cor-
porum afflictio, quibus liber-
tas multorum malorũ fit anſa;
quemadmodũ furentibus pro-
deſt, quod medici illos occlu-
dant, & fame crucient. Quod
ſi hæc quæ moleſta videntur,
ad multorũ ſalutem nihil con-
ferrent, certè à Deo non per-
mitterentur. Oportet tamen
à potentibus auxilium eis im-
pendi quoad eius fieri poſſit.
Metropolita cum hæc audiſ-
ſet, & conſilio Patris non pa-
ruiſſet, vaticinium in ſe adim-
pleuit. At ſanctus Pater no-
ſter Nilus tum nimio auſterio-
ris vitæ labore, tum ingraue-
ſcente iam ætate; nam ferè ſe-
xageſimum agebat annum;
deficientibus viribus non va-
lebat amplius lõgis itineribus
pedeſter ſe cõmittere ſine pe-
riculo;

ματα. μετὰ γὰρ τὸ λίαν κολακεῦ-
σαι σε, τὸ αἷμά σου πίονται μα-
χαίρᾳ σε θανατώσαντες. καὶ περὶ
τῆς εἰρήνης τῆς Καλαβρείας μὴ κο-
πίαζε, μηδὲ ἀξίου, οὐ γὰρ εὐδοκεῖ
ὁ τῶν ὅλων δεσπότης ἐν τούτῳ.
λέγει δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ ἀνεψιὸς τοῦ
μητροπολίτου· ὁρᾷς πάτερ ἅγιε,
πόσας ὁ δεσπότης ψυχὰς ἠλευ-
θέρωσεν; ἀπεκρίθη δὲ αὐτῷ ὁ
ὅσιος· οὐ ψυχὰς ἠλευθέρωσεν, ἀλ-
λὰ σώματα. λυσιτελεῖ δὲ τοῖς
πολλοῖς καὶ ἡ τῶν σωμάτων κά-
κωσις, ὅσοις τὸ ἐλευθεριάζειν πολ-
λῶν κακῶν αἴτιον γίνεται. ὥσπερ
αἱ παρὰ τῶν ἰατρῶν τοῖς μαινο-
μένοις συγκλείσεις τε καὶ λιμαγχο-
νίαι. εἰ δὲ μὴ ταῦτα δοκοῦντα
λυπηρὰ τῇ τῶν πολλῶν σωτηρίᾳ
συνέβαλον, οὐκ ἂν πρὸς τοῦ Θεοῦ
συνεχωρήθησαν γίνεσθαι. δεῖ δὲ
ὅμως τοὺς δυναμένους βοηθεῖν
τοῖς τοιούτοις, ὅσον ἐνδέχεται. Ταῦ-
τα ὁ μητροπολίτης ἀκούσας, καὶ
τῇ τοῦ πατρὸς συμβουλίᾳ μὴ ὑπα-
κούσας, τὸ προφητευθὲν αὐτῷ ἐπ'
αὐτὸν ἐτελέσθη. ὁ δὲ ὅσιος πατὴρ
ἡμῶν Νεῖλος τὸ μὲν ἐκ τοῦ πολλοῦ
τῆς ἀσκήσεως πόνου, τὸ δὲ ἐκ τῆς
τῶν χρόνων ἱκανῆς περιόδου· περὶ
γὰρ τὰ ἑξήκοντα ἔτη ὑπῆρχεν·
ἀδυνατήσας λοιπὸν, καὶ μηκέτι
ἰσχύων τὰς μακρὰς ὁδοὺς ἀκιν-
δύνως πεζοπορεῖν, ἐκέχρητο ἵπ-
πῳ πρὸς θεραπείαν τῆς πολλῆς
ἀτο-

ἀτονίας· ἐν γὰρ τῷ πλείονι τῆς ὁδοῦ μέρει, λόγῳ τῆς περιεκτικῆς ἐγκρατείας ἐπισύρων αὐτὸν ἐπορεύετο. τοῦτον τὸν ἵππον ἐν τῷ τὸν ὅσιον τυγχάνειν μετὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου, ὑποβληθείς τις ὑπὸ τοῦ διαβόλου, κλέψας ἀνεχώρησεν. κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν χειμῶνος αὐτῷ ἐπελθόντος, ἀποβὰς τοῦ ἵππου ἵστατο ὑφ' ἑνὶ τῶν δένδρων ἐκδεχόμενος παρελθεῖν τὴν σφοδρότητα τοῦ ἀέρος. βροντὴ δὲ οὐρανόθεν ἐλθοῦσα ἐπάταξε τὸν ταλαίπωρον, καὶ τῷ ᾅδῃ παρέπεμψε, μὴ πειθέντα τῷ λέγοντι· ζημιοῦν ἄνδρα δίκαιον, οὐ καλόν. καὶ· ὁ κλέπτων μηκέτι κλεπτέτω, ἀλλὰ κοπιάτω ἐργαζόμενος ταῖς ἰδίαις χερσίν, ἵν' ἔχῃ μεταδοῦναι τῷ χρείαν ἔχοντι. καὶ ὁ μὲν ἄθλιος ἐκεῖνος ἥμαρτεν ἀνομήσας διακενῆς· τινὲς δὲ τῇ ἐπαύριον τὴν ὁδὸν διερχόμενοι, καὶ τὸν ἵππον γνωρίσαντες ἐπὶ τοῦ τόπου νεμόμενον, πρὸς τὸ μοναστήριον διεσώσαντο, καὶ ἀπέδοντο τῷ δικαίῳ τὸ ἴδιον.

Ἄλλοτε πάλιν τῶν στρατιωτῶν τις ὁρμήσας πρὸς τὸ τὸν ἵππον ἀπὸ τοῦ μοναστηρίου συλῆσαι, καὶ περὶ δυσμὰς ἡλίου ἤδη ὢν τῆς μονῆς ἐξ ἐναντίας, ὥστε καὶ ὀφθαλμοφα-

riculo; itaque vtebatur equo ad subsidium magnæ imbecillitatis: nam maiorem itineris partem studio seruandæ continentiæ, qua virtutes continentur, equum trahens ipse ibat. Quem, dum sanctus Pater cum Archiepiscopo sermonem conferret, suggerente diabolo furatus est quidam, & abijt. Cum verò eunte illo coortus esset turbo, ex equo descendens sub quadam arbore stabat, expectans serenitatem aeris: & fulgur è cælo lapsum percussit miserũ, & orco transmisit, quod non audiuerit dicentem; Damnum inferre iusto non est bonũ. Et, qui furabatur, iam non furetur; magis autem laboret operando manibus suis, vt habeat, vnde tribuat necessitatem patienti. Et ille quidem infelix peccauit, frustra operatus iniquitatem: postridie vero quidam illac transeuntes agnouerunt equum, qui ibi pascebatur, & in monasterium deduxerunt, viroq. iusto quod suum erat reddiderunt.

Prou. 17. 26. Ephes. 4. 28

Alio quoque tempore miles quidam profectus est animo furandi equum è monasterio, cum sol fere iam occideret, & ille è regione monasterij staret, illudque oculis pro-

spice-

spiceret, noctem expectans, vt nocturno tempore tenebrarũ opus efficeret. Cum verò tota illa nocte perambulasset, numquam potuit monasterio propinquare; sed incidẽs in prærupta & rupes inaccessas, satis pœnarũ & laboris passus est: vbi vero illuxit, monasterium ante se vidit. Itaque vehemẽter obstupefactus miraculo, adijt pœnitentiam agens, & palam enuntians sui consilij prauitatem.

Per illud tempus impiorum Agarenorum incursione deuastante Calabriam, & omnia deprædante, sanctus Pater Nilus in arcem se contulit cum fratribus, ibiq. tuto morabatur: tres verò segregati ab illis manserunt in monasterio, captiq. sunt à Sarracenis, & abducti in Siciliam. Quos tamen B. Pater non negligendos existimauit, sed requirendos vt propria membra, & suo loco restituendos. Collectos igitur ex frumento, vino, & alijs frugibus nummos aureos vsque ad centum dedit cuidam fratri probatissimæ fidei cum iumento, quod acceperat à Basilio Calabriæ Stratego, misitq. Panormum cum epistola

scri-

φανερῶς αὐτὸ βλέπειν, περιέμενε τὴν νύκτα, ἵνα ἐν σκότει ποιήσῃ τὸ ἔργον τοῦ σκότους. περιπατήσας δὲ πᾶσαν τὴν νύκτα ἐκείνην οὐδόλως ἴσχυσε τῇ μονῇ προσεγγίσαι, ἀλλὰ φάραγξι καὶ κρημνοῖς ἐντυχὼν ἀβάτοις, ἀρκούντως ἐταριχεύθη. ἡμέρας δὲ γενομένης ἔμπροσθεν αὐτοῦ τὸ μοναστήριον εἶδεν· καὶ τῷ θαύματι σφόδρα καταπλαγεὶς, εἰστήκει μετανοῶν, καὶ τὴν οἰκείαν ἐξομολογούμενος κακοβουλίαν.

Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐπιδραμόντων τῶν ἀθέων ἀγαρηνῶν τῷ θέματι τῆς Καλαβρίας, καὶ πάντα ληϊζομένων, ὁ μὲν ὅσιος πατὴρ τὸ φρούριον καταλαβὼν σὺν τοῖς ἀδελφοῖς διεσώζετο· τρεῖς δὲ ἐξ αὐτῶν ἰδιορρύθμως προσκαρτερήσαντες τῷ μοναστηρίῳ ὑπὸ τῶν Σαρρακηνῶν ἐκρατήθησαν, καὶ ἐν Σικελίᾳ ἀπήχθησαν. ἔκρινε γοῦν ὁ μακάριος μὴ παροραθῆναι τούτους, ἀλλ᾽ ὡς οἰκεῖα μέλη ζητηθῆναι, καὶ εἰς τὸν ἴδιον τόπον ἀποκατασταθῆναι. ἐπισυνάξας γοῦν ἀπό τε σίτου καὶ οἴνου καὶ καρποῦ ἑτέρου μέχρι τῶν ἑκατὸν χρυσίνων, καὶ βορδόνιον, ὃ ἦν αὐτῷ δεδωκὼς Βασίλειος ὁ στρατηγὸς Καλαβρίας, καὶ δοὺς αὐτὰ τινι τῶν ἀδελφῶν λίαν δοκιμωτάτῳ, ἀπέστειλεν αὐτὸν ἐν Πανόρμῳ, γράψας ἐπιστολὴν πρὸς

τὸν

τὸν νοτάριον τοῦ ἐκεῖσε φυλάρχου χριστιανικώτατον καὶ φιλευσεβῆ τυγχάνοντα. ὅς τις νοτάριος, ὑποδείξας τῷ λεγομένῳ Ἀμηρᾷ τὰ παρὰ τοῦ ὁσίου σταλέντα, ἑρμηνεύσας δὲ αὐτῷ καὶ τὴν θαυμασίαν ἐκείνην ἐπιστολήν, κατεπλάγη ἐπὶ τῇ σοφίᾳ τε καὶ συνέσει τοῦ μακαριωτάτου, ἐπιγνοὺς αὐτὸν φίλον τοῦ Θεοῦ ὄντα, καὶ ἀνάπλεων πάσης ἀγαθωσύνης. Ἐπειδὴ τοίνυν οἶδεν ἀρετὴ αἰδεῖσθαι καὶ παρὰ πολεμίοις, ἀγαγὼν τοὺς μοναχοὺς καὶ φιλοφρονησάμενος πρεπόντως, κατασχών τε δι' ὑπόμνησιν καὶ καύχημα τὸ βορδόνιον, ἀπέλυσεν αὐτοὺς σὺν τοῖς ταρίοις· προσθεὶς καὶ ἱκανὰ δέρματα ἐλάφων, καὶ μηνύσας τῷ πατρὶ τοιάδε· Σὸν τὸ πταῖσμα ἐστὶν ὑπὲρ τοῦ κολασθῆναι τοὺς σοὺς μοναχούς, ἐπειδὴ οὐκ ἐγνώρισάς μοι ἐν πρώτοις σαυτόν· εἰ γὰρ τοῦτο ἐγίνετο, ἀπέστελλον ἄν σοι τὸ σημεῖον τὸ ἐμόν, ὅπερ εἰ ἐκρέμασας ἔξω ἐν τῇ πλατείᾳ, οὐκ εἶχες ἀνάγκην οὐδεμίαν τοῦ σαλευθῆναι ἀπὸ τῆς μονῆς σου, οὐδὲ ποσῶς ταραχθῆναι· Εἰ δὲ καὶ ἠξίους πρός με παραγενέσθαι, εἶχες ἂν ἐξουσίαν ἐν πάσῃ μου τῇ περιχώρῳ κατασκηνῶσαι, καὶ πολλῆς ἀπήλαυες τῆς παρ' ἡμῶν τιμῆς τε καὶ εὐλαβείας.

ſcripta ad notarium Dynaſtæ ibi morantis Chriſtianiſsimũ & maximè pium. Is verò legit epiſtolam Dynaſtæ quem vocant Amirã: & cũ interpretationẽ quoque addidiſſet admirabilis epiſtolæ, obſtupuit ille ſapientiã viri beatiſsimi & prudentiam eſt admiratus; agnouit enim illũ Dei amicũ, & omnis probitatis plenũ. Quoniã igitur virtus etiam apud ipſos hoſtes venerationi eſt; produxit monachos, & honorifice tractauit: iumentum tamen retinuit ad rei memoriam, de qua poſſet gloriari; dimiſitq́. eos cum pecunia, in ſuper largitus multas ceruinas pelles, addenſque epiſtolã eiuſmodi ad Patrẽ. Quod monachi tui malè habiti fuerint, erratum eſt tuum, cum tu mihi ab initio non innotueris: quod ſi feciſſes, ego tibi meam teſſeram miſiſſem; quam ſi foris appẽdiſſes in platea, nulla tibi fuiſſet neceſſitas recedendi è tuo monaſterio, aut quamuis minimam pati turbationẽ. Quod ſi etiam non dedignareris ad me venire, poſſes liberè in prouincia mihi ſubiecta habitare, multoquè apud nos honore & veneratione fruereris.

His auditis B. Nilus Dei
prouidentiã de se admiratus;
Iudic. 14. problema Sampsonis comme-
morauit; Re vera nunc de
comedente exiuit cibus, & ab
inhũmano humanitas. Addi-
dit etiã ad Sarraceni promissa
*Matth.*4. illud; Hæc omnia tibi dabo, si
cadẽs adoraueris me. At verò
prudentissimus, menteq́. acer-
rima præditus Basilius Strate-
gus, tanta fide & amore affe-
ctus erga Patrem, quãta Cen-
turio pro sequebatur Saluato-
rẽ; obtulit illi vsque ad quin-
gẽtos nummos aureos, iurans
dicensq́. Hæc ego iniuste non
possideo, sed meo sum adeptus
gladio. Nam quando obtinui-
mus Cretam cum beatissimæ
memoriæ Nicephoro, tunc tẽ-
poris nondum ad imperium
euecto, apud quendã presby-
terum inuenimus ipsum verũ
Præcursoris operimẽtũ, è pilis
cameli confectum, & circa cer-
uicem cruentatum. Quod ille
beatæ mem. sibi sumens, totũ
aurũ mihi concesit. Inde igi-
tur cum hæc mihi sint, accipe
propter Dominum, & pro me
ora. Ceterum terrenorum
reuera contẽptor S. Pater no-
ster Nilus ne respicere quidẽ
illa dignum arbitratus, respon-
dit,

Ταῦτα ἀκούσας ὁ θεσπέσιος
Νεῖλος, καὶ θαυμάσας τὴν ἐπ᾽
αὐτῷ τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαν, τὸ τοῦ
Σαμψὼν ἐφθέγξατο πρόβλη-
μα· ὅτι ὄντως νῦν ἀπὸ ἐσθίοντος
ἐξῆλθε βρῶσις, καὶ ἀπὸ μισαν-
θρώπου φιλανθρωπία· προσθεὶς
καὶ τοῦτο πρὸς τὰς τοῦ Ἀμηρᾶ ἐ-
παγγελίας· ὅτι ταῦτα πάντα σοι
δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς
μοι. Ὁ δὲ συνετώτατος καὶ ἐσκεμ-
μένος τῷ νοῒ Βασίλειος ὁ στρατη-
γὸς, ὃς τοσαύτην πίστιν καὶ ἀγά-
πην ἔδειξε πρὸς τὸν πατέρα, ὅ-
σην ὁ ἑκατόνταρχος πρὸς τὸν Σω-
τῆρα· προσήνεγκεν αὐτῷ μέχρι
τῶν πεντακοσίων χρυσίνων, ὀ-
μνύων καὶ λέγων, ὅτι οὐκ εἰσί μου
ταῦτα ἐξ ἀδικίας, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ
ἐμοῦ σπαθίου. ἡνίκα γὰρ ἐκρατή-
σαμεν τῆς Κρήτης μετὰ τοῦ μακα-
ριωτάτου Νικηφόρου ἀκμὴν οὐκ
ὄντος βασιλέως, εὑρήκαμεν παρά
τινι πρεσβυτέρῳ ἐπ᾽ ἀληθείας τὸ
ἔνδυμα τοῦ Προδρόμου, ἐκ τρι-
χῶν καμήλου τυγχάνον, καὶ περὶ
τὸν τράχηλον ᾑμαγμένον· ὅπερ
λαβὼν ὁ μακάριος ἐκεῖνος, ἅ-
παν τὸ χρυσίον ἐμοὶ παρεχώρησεν.
ἐξ αὐτῶν οὖν τυγχάνοντα ταῦτα
δέξαι διὰ τὸν Κύριον, καὶ εὖξαι μοι.
ὁ δὲ ὄντως ὑπερόπτης τῶν ἐπιγείων
πατὴρ ἡμῶν Νεῖλος μὴ καταδε-
χόμενος πρὸς αὐτὰ ἐπιβλέψαι,
λέγει πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐν προφά-
σει

σε δῆθεν τοῦ φοβεῖσθαι τὸν θάνατον· θέλεις, ἵνα διὰ τὰ σκύβαλα ταῦτα ἐνεδρεύσας τις ἀποκτείνῃ με, καὶ ἀπολέσῃς τὸν φίλον σου; ὁ δὲ πάλιν εἶπεν· ἄφες με ἀμφιάσαι τὸ θυσιαστήριον ἐνδύμασι πολυτίμοις. λέγει αὐτῷ ὁ μέγας· ἀπελθὼν βάλε αὐτὰ ἐν τῇ καθολικῇ τοῦ Κάστρου, ὅπου φυλάττονται, ἐπεὶ ἐκεῖθεν οὐ κλέπτονται. Καὶ ἔασόν με φησὶν οἰκοδομῆσαι τὸ εὐκτήριον μέγιστον καὶ τερπνότατον· οὐ γὰρ ἀνέχομαι πήλινον θεωρεῖν αὐτό. καὶ ὁ πατήρ, ὥρα σοι φησὶ μηδὲ ἐμὲ ἀνέχεσθαι θεωρεῖν, ὅτι ἐκ πηλοῦ τὴν ὑπόστασιν κέκτημαι. περὶ δὲ τοῦ εὐκτηρίου μηδὲν κοπιάσῃς, ὑπὸ γὰρ τῶν ἀθέων ἀγαρηνῶν ἀφανισθήσεται· καὶ πᾶσα δὲ ἡ Καλαβρία ταῖς χερσὶν αὐτῶν παραδοθήσεται. Τοῦτο δὴ γνοὺς ὁ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν Νεῖλος τῷ προορατικῷ αὐτοῦ ὄμματι, καὶ βουληθεὶς τόπον δοῦναι τῇ ὀργῇ τῇ θεϊκῇ, οὐκ εὐδόκησεν ἀπελθεῖν πρὸς τὰ ἑῷα μέρη, τὴν ὑπόληψιν ὑφορώμενος τὴν περὶ αὐτοῦ τῶν ἐκεῖσε· καὶ μέχρι γὰρ αὐτῶν τῶν φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων ἡ ἐνάρετος αὐτοῦ φήμη διῆλθε· καὶ τὴν τιμὴν τὴν παρ᾽ αὐτῶν ἀποφεύγων· ἐξελέξατο δὲ τὴν μετὰ τῶν λατίνων ἀναστροφήν, ὡς ἄγνωστος ὢν παρ᾽ αὐτοῖς, καὶ μηδαμῶς παρ᾽ αὐτῶν τιμώμενος.

dit, quaſi mortē timens, in hūc modū. Vis vt ob hæc ſtercora inſidietur mihi quiſpiā, & interficiat, & amicum tu perdas? Et ille; ſine me Sanctuariū ornare precioſis velamentis. Et magnus Pater ad eū; Vade, & da Cathedrali eccleſiæ oppidi, vbi aſſeruabuntur; nec erit, qui inde illa furetur. & ille, Permitte, inquit, vt oratorium conſtruā maximū & pulcherrimū: neque enim æquo animo fero videns illud è luto factū. Et Pater; Iā, inquit, nec me videre poteris, quoniam de luto compactus ſum. De oratorio vero laborem noli ſuſcipere; futurum quippe eſt, vt illud impij Agareni demoliantur: quin & vniuerſa Calabria manibus illorum tradetur. Hoc videns B. Pater noſter Nilus præſago ſuo oculo, volenſque iræ Dei cedere, noluit abire in Orientis partes, veritus opinionem, quam apud Orientales habebat (Nam & ad ipſos etiā Dei amantes noſtros Imperatores de virtute eius fama peruenerat) fugienq. honorem, in quo apud illos fuiſſet: ſed maluit degere inter Latinos, quippe vt illis ignotus, & nequaquam apud eos in ho-

nore habitus. Verum quo maiore ipse studio deuitabat honores, eo celebrior & ornatior cœlesti fauore fiebat; & ab omnibus tanquam vnus è numero Apostolorum suscipiebatur, & reuerentia illi pariter exhibebatur. Nam cum venisset Capuã, vt retroacta omittam, quia permulta sunt; acceptusq́. esset honorificè à Pãdulfo tunc temporis Principe, & nobilibus viris; ita vt de eo in Episcopũ sibi eligendo cepissent consilium; quod etiam successisset, nisi Princeps morte præuentus esset: tunc vocato illi ad se se S. Benedicti Præposito mõtis Cassini (Sanctissim⁹ hic erat Haligernus) iniunxerunt, vt B. viro concederet monasteriũ, quodcunque ipse vellet, è monasteriolis S. Patris nostri Benedicti. Cum verò profectus esset sanctus Pater ad visendum inclytum illud monasterium, processit illi obuiam vsque ad radices montis tota monachorũ caterua, sacerdotibus & Diaconis eorũ sacro habitu indutis, vt fit diebus festis, cereos & thuribula manu ferentibus: & huiusmodi põpa beatum virũ ad monasteriũ deduxerunt; nihil aliud se putantes audire & videre,

μένος. ὅσον δὲ αὐτὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων δόξαν ἀποδιδράσκειν ἐσπούδαζεν, τοσοῦτον ἡ οὐράνιος εὔκλεια αὐτὸν περιέστελλεν· καὶ πάντες ὡς ἕνα τῶν ἀποστόλων αὐτὸν ὑπεδέχοντο, καὶ τὸ σέβας ὁμοίως ἀπένεμον. ἐλθὼν γὰρ ἐν Καπούῃ, ἵνα τὰ ὄπισθεν ἐάσω διὰ τὸ πλῆθος, καὶ τιμῆς μεγίστης τυχὼν παρά τε τοῦ πρίγκιπος Πανδόλφου καὶ τῶν ἀρχόντων, ὥστε βουλεύσασθαι αὐτοὺς ἐπίσκοπον αὐτὸν ἑαυτοῖς καταστῆσαι· καὶ προεχώρησεν ἄν, εἰ μὴ ὁ θάνατος τὸν πρίγκιπα προέκοψεν. τότε δὴ καλέσαντες τὸν τοῦ ἁγίου Βενεδίκτου ἡγούμενον τοῦ ὄρους Κασσίνου· Ἀλιγέρνος οὗτος ἦν ὁ ὁσιώτατος· παρήγγελλαν αὐτῷ τοῦ δοῦναι τῷ μακαρείτῃ μοναστήριον, οἷον ἂν θέλῃ ἐκ τῶν τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Βενεδίκτου μετοχίων. Πορευθεὶς δὲ ὁ ὅσιος πατὴρ πρὸς τὸ θεάσασθαι τὸ λεχθὲν περίδοξον μοναστήριον, ὑπήντησεν αὐτῷ ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν μοναχῶν ἕως τῶν θεμελίων τοῦ ὄρους, οἵ τε ἱερεῖς αὐτῶν καὶ διάκονοι, τὰς ἱερὰς στολὰς ὡς ἐν ἑορτῇ περιβεβλημένοι, κηρούς τε καὶ θυμιατήρια μετὰ χεῖρας φέροντες, οὕτω τὸν μακάριον εἰς τὸ μοναστήριον ἀνήγαγον· οὐδὲν ἄλλο δοκοῦντες ἀκούειν καὶ βλέ-

βλέπειν, ἢ ὅτι ὁ μέγας Ἀντώνιος ἀπὸ Ἀλεξανδρείας πρὸς αὐτοὺς παρεγένετο, ἢ ἐκ νεκρῶν ἠγέρθη ὁ μέγας Βενέδικτος, ὁ θεῖος νομοθέτης αὐτῶν καὶ διδάσκαλος. καί γε ὀρθῶς ἐλογίζοντο, καὶ τοῦ σκοποῦ οὐ διήμαρτον. ἅπαντες γὰρ αὐτῶν οἵ τε σωματικοῖς, οἵ τε ψυχικοῖς συνεχόμενοι πάθεσιν ἐθεραπεύθησαν, καὶ πάντες τὰ πρόσφορα παρ᾽ αὐτοῦ ἐκομίζοντο· οἱ ἐν λόγῳ τὴν διδασκαλίαν, οἱ ἐν ἔργῳ τὴν ποδηγίαν, οἱ ἐν ἁμαρτίαις τὴν διόρθωσιν, οἱ ἐν ἀρεταῖς τὴν παράκλησιν, οἱ ἐν ὑγείᾳ τὴν ἐγκράτειαν, οἱ ἐν ἀρρωστίᾳ τὴν ἴασιν. καὶ συντόμως εἰπεῖν, ὥσπερ ποτὲ τοῖς Ἰσραηλίταις τὸ μάννα ἑκάστῳ πρὸς τὴν κρᾶσιν καὶ τὴν ὄρεξιν μετεβάλλετο, διὸ καὶ οὐκ ἦν ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ὁ ἀσθενῶν, οὕτω κἀν τούτοις ὁ θαυμαστὸς διεγίγνετο. ἀποθεραπεύσας τοίνυν αὐτοὺς τῇ θεοπεμπεῖ αὐτοῦ παρουσίᾳ, καὶ πληρώσας εὐφροσύνης πνευματικῆς, πάνυ δὲ καὶ αὐτὸς ἀγασθεὶς ἐπὶ τῇ εὐταξίᾳ καὶ πεπαιδευμένῃ καταστάσει αὐτῶν, καὶ θαυμάσας τὰ αὐτῶν ὑπὲρ τὰ ἡμῶν, προεπέμπετο πάλιν ὑπὸ τοῦ ἀββᾶ καὶ τῶν ἐν ἐξοχῇ ἀδελφῶν εἰς τὸ μοναστήριον, ὅπου ἔδει σὺν τοῖς τέκνοις αὐτοῦ καθεσθῆναι· ὁ ἀρ-

dere, quã aduenientẽ Alexandria magnũ Antoniũ, vel excitatum à mortuis magnũ patrẽ Benedictum, sacrũ legislatorem & magiſtrũ eorũ. Et ſanè rectè iudicabãt, nec fefellit eos opinio. Nã quotquot inter ipſos aut corporis, aut animi morbo laborabant, omnes curati ſunt; & congruẽtia omnes accipiebant ab eo, ſtudioſi doctrinã, actuoſi ducatũ, peccatores emendationem, virtute præditi adhortationẽ, incolumes continentiam, ægrotãtes medelam; atque vt vno verbo dicã; ſicut olim manna Iſraelitis ad corporis cuiuſque habitudinem & appetitum transmutabatur; qua propter in eorum tribubus non erat infirmus: ita his etiam vir admirabilis ſe accommodabat. Itaque illis à Deo miſſa ſua præpræſentia perfectè ſanatis, ſpiritaliq. lætitia repletis; cum & ipſe viciſſim admiratus eſſet egregiam illorum diſciplinã, & bene ordinatã viuendi normam, collaudaſſetq. inſtituta eorum pluſquam noſtra; deducebatur rurſus ab Abbate præcipuiſquè fratribus ad monaſterium, in quo cum ſuis filijs ipſe commoraturus erat; ſancti Michaelis id erat, nomine

Vallelucium. Tum præpositus & fratres rogarunt, vt vna cũ suis fratribus vniuersis ascenderet in maximũ monasteriũ, & græco sermone officiũ caneret in ecclesia eorũ; vt fiat, inquit, Deus omnia in omnibus. De quo etiam Propheta vaticinatus erat; Leo & bos simul pascentur, & catuli eorum simul erunt. At venerabilis Nilus primo quidem abnuere præ humilitate dicens:
Ps. 136. 4. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena, qui nunc humiles sumus in vniuersa terra propter peccata nostra? Vt simul tamẽ consolatio susciperetur per eam quæ communis est, fidem, & magnum Christi nomen glorificaretur, tandem assensus est; & compositis hymnis de fructu labiorum suorum in sanctum Patrem nostrum Benedictũ, quibus cuncta vitæ eius admiranda opera compræhẽdebantur, & conuocatis vniuersis fratribus; erant autem supra sexaginta: in monasterium Cassini ascendit, & pernoctauit egregiè modulando: habebat enim apud se fratres acris ingenij, aptè legentes & canentes, quos ad vtrumque

ipse

ὁ ἀρχιστράτηγος δὲ τοῦτο ἦν τὸ καλούμενον Βαλλελούκιον. παρεκάλεσαν δὲ αὐτὸν ὅ, τε ἡγούμενος καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ σὺν πάσῃ τῇ ὑπ' αὐτὸν ἀδελφότητι ἐλθεῖν ἐν τῷ μεγίστῳ μοναστηρίῳ, καὶ τῇ ἑλλάδι φωνῇ ἐν τῇ αὐτῶν ἐκκλησίᾳ τὸν κανόνα πληρῶσαι, ἵνα γένηται φησὶν ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν· ὅπερ καὶ ὁ προφήτης προαναφωνῶν ἔλεγεν· ὅτι λέων καὶ βοῦς ἅμα βοσκηθήσονται, καὶ ἅμα τὰ παιδία αὐτῶν ἔσονται. ὁ δὲ θεσπέσιος Νεῖλος τὰ μὲν πρῶτα οὐκ ἐπένευσεν ἀπὸ ταπεινοφροσύνης λέγων· πῶς ᾄσομεν τὴν ᾠδὴν Κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας οἱ σήμερον ταπεινοὶ ἐν πάσῃ τῇ γῇ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ὑπάρχοντες; ὅμως διὰ τὸ συμπαρακληθῆναι ἐν τῇ ἀλλήλων πίστει, καὶ τὸ μέγα ὄνομα τοῦ Χριστοῦ δοξασθῆναι, κατεδέξατο αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι. Καὶ τυπώσας ἀπὸ καρπῶν χειλέων αὐτοῦ ὑμνῳδίαν εἰς τὸν ὅσιον πατέρα ἡμῶν Βενέδικτον, περιέχουσαν πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ αὐτοῦ τεράστια γεγραμμένα· παραλαβὼν τοὺς πάντας τοὺς ἀδελφούς, ὑπὲρ τοὺς ἑξήκοντα ὄντας, ἀνῆλθεν ἐν τῷ μοναστηρίῳ Κασίνου, καὶ τὴν ἀγρυπνίαν ἐτέλεσε παναρμονίως. εἶχε γὰρ ἀδελφοὺς μεθ' ἑαυτοῦ συνετούς, καὶ ἱκανοὺς ἔν τε ἀναγνώσει καὶ ψαλμῳδίᾳ, οὓς αὐ-

τὸς

τὸς καὶ ἀμφότερα ἐξεπαίδευσεν. μετὰ δὲ τὴν συμπλήρωσιν τοῦ κανόνος συνῆλθον πρὸς αὐτὸν ἅπαντες οἱ μοναχοὶ μετὰ παραθέσεως τοῦ ἀββᾶ αὐτῶν· καὶ γὰρ μέχρι τούτου τὴν διαταξίαν φυλάττουσι· καὶ θαυμάζοντες ἐπὶ τῇ αἴγλῃ τοῦ πνεύματος τῇ ἐκπεμπομένῃ ἀπὸ τῆς ἰδέας αὐτοῦ, ἐγλίχοντο καὶ ἀπὸ τῶν ῥημάτων τοῦ στόματος αὐτοῦ ἐνωτίζεσθαι. διὸ καὶ προβλήματα συνεχῆ προσῆγον αὐτῷ λέγοντες· Εἰπὲ ἡμῖν ἅγιε πάτερ, τί ἐστι τὸ ἔργον τοῦ μοναχοῦ, καὶ πῶς εὑρήσομεν ἔλεος; ὁ δὲ μακάριος ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ τῇ ῥωμαϊκῇ γλώσσῃ ἔφη· Μοναχός ἐστιν ἄγγελος· τὸ δὲ ἔργον αὐτοῦ ἐστιν ἔλεος, εἰρήνη, θυσία αἰνέσεως. ὥσπερ γὰρ οἱ ἅγιοι ἄγγελοι τῷ μὲν Θεῷ ἀδιαλείπτως θυσίαν αἰνέσεως προσφέρουσιν, ἐν ἀλλήλοις δὲ εἰρήνην ἀγαπητικῶς κέκτηνται, ἐλεοῦσι δὲ καὶ ἀντιλαμβάνονται τῶν ἀνθρώπων ὡς μικροτέρων ἀδελφῶν, οὕτω δεῖ καὶ τὸν ἀληθῆ μοναχὸν ἔλεος μὲν ἐπιδείκνυσθαι πρὸς τοὺς ἐλαχιστοτέροις καὶ ξένοις τῶν ἀδελφῶν, ἀγαπᾷν δὲ ἐν εἰρήνῃ τοὺς ἰσοτίμους, τοῖς δὲ προκόπτουσι μὴ φθονεῖν· πίστιν δὲ ἄδολον καὶ ἐλπίδα ἔχειν πρός τε τὸν θεὸν, καὶ τὸν ἐν πνεύματι πατέρα. ὁ κεκτημένος τὰ τρία ταῦτα ἀγγελικὸν βίον ἐπὶ γῆς διάγει· ὁ δὲ τἀναντία, του-

τέστιν

ipse satis instruxerat. Peracto officio conuenerunt ad ipsum omnes monachi Abbate suo permittente: nã ad hoc vsque disciplinam seruant: & admirantes fulgorem spiritus de vultu eius emicantem, cupiebant verba quoque audire de ore eius. Exinde illi quæsita huiusmodi continuata serie proponebãt. Dicito nobis Pater sancte, quod est opus monachi; & quomodo misericordiam consequemur? Aperiẽs autem beatus Pater os suum, latine dixit. Monachus est Angelus; opus autem eius est misericordia, pax, sacrificium laudis. Nam quemadmodum sancti Angeli Deo quidẽ perpetuum offerunt sacrificium laudis, inter se vero mutua charitatis pace coniuncti sunt, & miserantur homines, opemque illis ferunt quasi minoribus fratribus; ita & verus monachus debet in minores & aduenas fratres esse misericors, amare æquales in pace, proficientibus non inuidere; fidemq. minime fictam & spẽ habere in Deum & in spiritalem Patrem. Hæc tria qui possidet, vitam agit in terris angelicam: contraria qui habet,

hoc

hoc est incredulitatē, odium, & inhumanitatem, omnium malorum fit habitaculum, & planè in dæmonem trāsit. Nā vbi quis monachi habitum induerit, non amplius in eo est vt sit homo; sed duorum alterum, aut angelus, aut dæmon videbitur. De vobis autem *Heb. 6.9.* fratres confido meliora, & viciniora saluti.

Hæc & alia, quæ scriptis mandare nimium esset, cum vir sanctus disseruisset, compuncti sunt corde. Respondēs autem quidam ex ijs: Cur in- *Psal. 17.* quit, dictum à Dauide est: Cū sancto sanctus eris, & cū electo electus eris, & cum peruerso peruerteris? Et magnus Pater: Hoc dixit Propheta cum Deo loquens, non cum homine: nam quod sequitur, Deo conuenit, non homini: Quoniam tu populū humilem saluum facies, & oculos superborū humiliabis. audiuerat enim *Leuit. 26.* Dauid dicentem Deum: Viuo ego Dominus; si rectè mecum ambulaueris, & ego rectè am- *Ex 18. Hie.* bulabo tecū. & rursus scriptū est ad obliquos: perinde enim est ac dicere peruersos: obliquas vias mittet Dominus, & *Matt. 5.44* *Rom. 12.17* non homo. Ceterum hominibus præceptum est, vt inimicos dili-

τέσιν ἀπιστίαν, καὶ μῖσος, καὶ ἀσπλαγχνίαν, παντὸς κακοῦ καταγώγιον γίνεται, καὶ δαίμων προφανῶς ἀναδείκνυται. ἀφ' οὗ γάρ τις μονάσῃ, οὐκέτι διαμένει τοῦ εἶναι ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐκ τῶν δυοῖν ἕν, ἢ ἄγγελος, ἢ δαίμων φανήσεται. πέπεισμαι δὲ περὶ ὑμῶν ἀδελφοὶ τὰ κρείττονα καὶ ἐχόμενα σωτηρίας.

Ταῦτα καὶ ἕτερα ὑπὲρ συγγραφὴν διαγορεύσαντος τοῦ ἁγίου, κατενύγησαν ταῖς καρδίαις αὐτῶν· καὶ ἀποκριθείς τις ἐξ αὐτῶν εἶπε· διατί λέγει ὁ Δαβίδ· μετὰ ὁσίου ὅσιος ἔσῃ, καὶ μετὰ ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις; λέγει αὐτῷ ὁ μέγας· τοῦτο πρὸς τὸν Θεὸν ἐλάλησεν ὁ προφήτης, οὐ πρὸς ἄνθρωπον, καὶ γὰρ Θεῷ πρέπει τὸ ἀκόλουθον, οὐκ ἀνθρώπῳ, τό· ὅτι σὺ λαὸν ταπεινὸν σώσεις, καὶ ὀφθαλμοὺς ὑπερηφάνων ταπεινώσεις. ἤκουσε γὰρ ὁ Δαβὶδ τοῦ Θεοῦ λέγοντος· ὅτι, ζῶ ἐγὼ Κύριος, ἐὰν ὀρθῶς πορεύσῃ μετ' ἐμοῦ, ὀρθῶς πορεύσομαι κἀγὼ μετὰ σοῦ. καὶ πάλιν γέγραπται πρὸς τοὺς σκολιοὺς, ταυτὸν δέ ἐστι καὶ ὁ στρεβλός· Σκολιὰς ὁδοὺς ἀποστελεῖ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. ἀνθρώποις δὲ νενομοθέτηται τὸ ἀγαπᾷν τοὺς

